* οἰκείως ἐνδυσχαίνειν] Bifariam intelligi potest, vel pro φιλικῶς, *amanter & familiariter, non superbe, nullo cum supercilio & fastu*; vel οἰκείως, *pro dignitate cujusque, pro ratione necessitudinis, quæ tibi cum illo intercesserit*: id est κατ' ἀξίαν, προσηκόντως. Et quidem non peccare mihi videatur, qui in explicatione τῶν πολυσήμων, quæ scriptores sæpe de industriâ consectantur, geminas adhibeant voces, ut si quis hic vertat, *& familiariter & convenienter*. W.

Υφ' ὧν κρατεῖσθαι τῷ ψυχῇ αἰσχρὸν, τούτων ἐγκρατείαν ἄσκει πάντων· κέρδους, ὀργῆς, ἡδονῆς, λύπης. Ἐσῃ δὲ τοιοῦτος, ἂν κέρδη μὴ ἔλαττον νομίζῃς, δι' ὧν ἀδοκιμήσεις, ἀλλὰ μὴ δι' ὧν ἀπορήσεις. Τῇ δ' ὀργῇ [1] ἂν ὡσαύτως [2] ἔχῃς πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας, ὥσπερ ἂν πρὸς [3] σαυτὸν ἁμαρτάνοντα καὶ τοὺς ἄλλους ἔχειν ἀξιώσειας. Ἐν δὲ τοῖς τερπνοῖς [4] ἂν αἰσχρὸν ὑπολάβῃς, τοῖς μὲ οἰκετῶν ἄρχειν, τοῖς δ' ἡδοναῖς δουλεύειν. Ἐν δὲ τοῖς [5] λυπηροῖς, ἂν τὰς τῶν ἄλλων ἀτυχίας ἐπιβλέπῃς, καὶ [6] σεαυτὸν * ὡς ἄνθρωπον ὄντα ὑπομιμνήσκῃς.

Μᾶλλον τήρει τοὺς τῶν λόγων ἢ τοὺς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας. Δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τρόπον ὅρκου πιστότερον φαίνεσθαι παρεχομένους.

A QUIBUS animum superari turpe fuerit, in hæc omnia imperium exerceas; *nempe* Lucrum, Iracundiam, Voluptatem, Mœstitiam. Talis autem eris si quidem ea lucrum esse arbitreris, per quæ bene audies, non autem per quæ ditesces. Iracundiâ autem si pariter affectus fueris in peccantes, ac alios in teipsum delinquentem affectos esse cuperes. In rebus jucundis vero si turpe duxeris, servis quidem imperare, voluptatibus autem servire. In rebus molestis vero, si aliorum infortunia spectes, & teipsum hominem esse reminiscaris.

DILIGENTIUS tuere verborum quam pecuniarum depositа. Viros enim probos oportet palam facere, quod mores quam jusjurandum fide digniores exhibeant.

[1] Deest ἂν in utroque Cod. Harl. [2] ἴσχεις MS. Bodl. [3] αὐτὸν MS. Bodl. [4] ἐὰν αἰσχρ. ut & postea ἐὰν τὰς τῶν ἄλλων ἀτ. MSS. Bodl. Harl. & Coll. N. [5] πονηροῖς MS. Bodl. [6] σαυτὸν MS. Bodl.

* ὡς ἄνθρωπον ὄν] Sive ἀνακόλουθον est, sive ἀνάπλωσις, sive ἐναλλαγὴ, pro ὡς ὄντα vel ὡς εἰ. *W.*

Προσήκειν

Προσήκειν ἡγοῦ τοῖς πονηροῖς ἀπιστεῖν, ὥσπερ τοῖς χρηστοῖς πιστεύειν.

Περὶ τῶν ἀπορρήτων μηδενὶ λέγε, πλὴν ἐὰν ὁμοίως συμφέρῃ τὰς πράξεις διαπράττοντί τε τῷ λέγοντι, καὶ ἐκείνοις τοῖς ἀκούουσιν.

*Ορκον ἐπακτὸν πρόσδεχε διὰ δύο προφάσεις· ἢ σεαυτὸν αἰτίας αἰσχρᾶς ἀπολύων, ἢ φίλους [1] ἐκ κινδύνων διασώζων. Ενεκα δὲ χρημάτων μηδένα [2] θεὸν [3] ὀμόσῃς, μηδ' ἂν ἀληθῆ μέλλῃς. Δόξεις γὰρ τοῖς μὲν ἐπιορκεῖν, τοῖς δὲ φιλοχρημάτως ἔχειν.

Μηδένα φίλον ποιοῦ, πρὶν ἂν ἐξετάσῃς πῶς κέχρηται

RATIONI conſentaneum exiſtimes improbis diffidere, prout bonis credere.

DE rebus tacendis nemini dicas, niſi pariter expediat & tibi dicenti & illis qui audiunt de rebus illis tacere.

JURAMENTUM quod poſtulatur admittas duabus de cauſis; aut ut teipſum turpi crimine liberes, aut ut amicos e periculis eripias. Ob pecuniam vero neminem Deorum obteſteris, etiam licet probe fueris juraturus. Videberis enim aliis quidem pejerare, aliis vero avaritiâ laborare.

NEMINEM amicum facias, priuſquam exploraveris quomodo prioribus amicis

[1] ἐκ μεγάλων κινδύνων MSS. Bodl. & Coll. N. [2] Θεῶν MSS. Bodl. & Coll. N. [3] ὁμώσῃς & ὁμόσεις MSS. Bodl.

* Ορκον ἐπακτὸν] Rodolph., ait Wolfius, interpretatur *jusjurandum adactum accipito*. Camerarius *jusjurandum ſi exigatur dabis*. Harpocration Ορκος ἐπακτὸς, ait, ὃν αὐτός τις ἑκὼν αὐτῷ ἐπάγεται, τελέσιν αἱρεῖται. Ισοκράτης Απολλοδώρου ἐν ταῖς πρὸς Δημόνικον παραινέσεσι· ἔστι δὲ ὅρκων τρία εἴδη, ἐπώμοτος, καὶ καλώμοτος, καὶ ὁ καλούμενος ἐπακτός. Cui ſententiæ adverſatur Wolfius; apud quem ſignificat ὅρκος ἐπακτὸς, non juramentum ſpontaneum, ſed ab altero oblatum: quod etiam velle videtur Suidas: qui cum Harpocrationis expoſitionem protulerat, dein ſubjicit ἄλλοι δὲ τὐναντίον, ὁ ἀλλαχόθεν ἐπιφερόμενος, αλλ' οὐκ αὐθαίρετος.

τοῖς

τοῖς [1] πρότεροις φίλοις. Ελπιζε γὰρ αὐτὸν κὴ πρὸς σὲ [2] γνώσεσθαι τοιοῦτον, οἷον κὴ πρὸς ἐκεῖνους γέγονε. Βραδέως μὲν φίλον γίνου, γνόμενον δὲ πειρῶ διαμένειν. Ομοίως γὰρ αἰσχρὸν, μηδένα φίλον ἔχειν, κὴ πολλοὺς ἑταίρους μεταλλάττειν. Μήτε μὴν βλάβης πειρῶ τῶν φίλων, μήτε ἄπειρον εἶναι τῶν ἑταίρων θέλε. Τοῦτο δὲ ποιήσεις, [3] ἂν μὴ δεόμενον τὸ δεῖσθαι προσποιῇ. Περὶ τῶν ῥητῶν ὡς ἀπορρήτων ἀνακοίνου. * Μὴ τυχὼν μὲν γὰρ, οὐδὲν βλαβήσῃ· τυχὼν δὲ, μᾶλλον τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπιγνώσῃ. Δοκίμαζε τοὺς φίλους [4] † ἔκ τε τοῦ περὶ τὸν βίον ἀτυχίας, κὴ τῆς ἐν τοῖς κινδύνοις κοινωνίας. Τὸ μὲν γὰρ χρυσίον ἐν τῷ πυρὶ [5] δοκιμάζομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν ταῖς ἀτυ-

usus est. Expecta enim ipsum talem erga te futurum, qualis & erga illos fuit. Tarde quidem amicus fias, factus vero perstare coneris. Pariter enim turpe est, neminem pro amico habere, ac familiares multos permutare. Neque cum damno amicos tentes, nec amicorum inexpertum esse velis. Hoc autem facies, si cum neutiquam egeas te indigere simulaveris. In rebus dicendis, eas aliis impertias quasi tacendæ essent. Spe enim frustratus nihil lædêris; finem vero nactus, ipsorum mores magis cognosces. Amicos explora cum ex vitæ infortuniis, tum ex periculorum societate. Aurum enim in igne probamus, amicos vero in infor-

[1] πρότερον MSS. Bodl. & Harl. [2] γενήσεσθαι apud H. Steph. [3] ἐὰν ut & postea MSS. Bodl. & Coll. N. [4] ἐκ τῆς MSS. Bodl. [5] βασανίζομεν MS. Bodl. & Harl.

* μὴ τυχὼν μὲν γὰρ] Scilicet πίστεως κὴ σιγῆς. *W.*

† ἔκ τε τῆς περὶ τὸν βίον] Id est τῶν βιωτικῶν. Intelligo hic victum, seu rem familiarem, jacturamque bonorum. Si quis vero generaliter de quâvis calamitate intelligere mavult, non sane impedio: sed alterum membrum societatis periculorum frustra tum adjici videretur. *W.*

χίαις

χίαις [1] ἐπιγινώσκομεν. [2] Οὕτω δ' ἂν ἄριστα χρήσῃ τοῖς φίλοις, ἂν μὴ [3] προσμένῃς τὰς παρ' ἐκείνων δεήσεις· ἀλλ' αὐτεπάγγελτος ἐν τοῖς καιροῖς αὐτοῖς βοηθῇς. [4] Ὁμοίως αἰσχρὸν νόμιζε, [5] τῶν ἐχθρῶν νικᾶσθαι τοῖς κακοποιΐαις, καὶ τῶν φίλων ἡττᾶσθαι τῇ ἀργεσίαις. Ἀποδέχου τοὺς ἑταίρων μὴ μόνον τοὺς ἐπὶ τοῖς κακοῖς δυσχεραίνοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς μὴ φθονοῦντας. [6] Πολλοὶ γὰρ ἀτυχοῦσι τοῖς φίλοις συναχθονοῦσι, καλῶς δὲ πράττουσι φθονοῦσι. Τῶν ἀπόντων φίλων μέμνησο πρὸς τοὺς παρόντας, ἵνα δόκῃς * μηδὲ τούτων ἀπόντων ὀλιγωρεῖν.

Εἶναι βούλου τὰ περὶ τὴν ἐσθῆτα φιλόκαλος, ἀλλὰ μὴ † καλλωπιστής. [7] Ἔστι γὰρ φιλοκάλου μὲν τὸ μεγαλοπρεπὲς, καλλωπιστοῦ δὲ τὸ περίεργον.

tuniis dignoſcimus. Hâc autem ratione amicis optime utêris, ſi non expectes dum ipſi rogaverint; ſed ipſe ſponte tuâ illis opportune opituleris. Pariter turpe ducas ab inimicorum maleficiis vinci, ac ab amicorum beneficiis ſuperari. Magni facito non ſolum eos ex amicis qui ob mala tua dolent, verum etiam eos qui ob bona *tibi* non invident. Multi enim cum amicis infeliciter agentibus ſimul dolent, proſpere vero agentibus invident. De abſentibus amicis apud præſentes mentionem facito; ut videaris ne hos quoque, cum abſentes fuerint, parvi facere.

Velis eſſe veſtitu elegans, at non cultûs nimium ſtudioſus. Eſt enim illius quidem magnificentia, hujus vero id quod ſupervacaneum eſt.

[1] ἐπιγινώσκομεν MS. Bodl. [2] ὕτως ἄριστα MS. Bodl. ὕτω δ' ἄριστα MSS. Bodl. Harl. & Coll. N. [3] προσμένῃς MS. Bodl. & προσμένης MSS. Bodl. & Coll. N. [4] Ὁμοίως δ' αἰσχρὸν εἶναι ν. MS. Bodl. & Harl. ὁμ. αἰσχρὸν εἶναι ν. MSS. Bodl. [5] ἐχθρῶν τε ν. MS. Bodl. & Coll. N. [6] Πολλοὶ γὰρ MS. Bodl. πολλοὶ γὰρ ἀτ. μὲν τοῖς φ. MS. Bodl. & in altero Bodl. deeſt φίλοις. [7] Ἔστι δὲ MS. Bodl. & Coll. N.

* μηδὲ τούτων ἀπ.] Meliſſa citat μηδὲ τῶν παρόντων. *W.*

† καλλωπιστής.] Τὸ καλλωπίζειν muliebre quiddam eſt, & οἱ καλλωπισταὶ apud Græcos ſuſpecti fuerunt. *W.*

Ἀγάπα

Αγάπα τ ὑπαρχόντων ἀγαθῶν μὴ τλεὺ ὑπερβάλλουσαν *κλῆσιν, ἀλλὰ τὴν μετρίαν ἀπόλαυσιν. Καταφρόνει τ πρὸς τ πλοῦτον ἀπαιδαζόντων, χρηστὸς δὲ τοῖς ὑπάρχουσι μὴ δυναμένων. Παραπλήσιον γὰρ οἱ τοιοῦτοι πάσχουσιν, [1] ὥσπερ ἂν εἴ τις ἵππον κλήσαιτο καλὸν, κακῶς ἱππεύειν ἐπισάμενος. Πειρῶ τ πλοῦτον † χρήματα ἢ κλήματα κατασκευάζειν. ‡ Ἐστι δὲ χρήματα μὲ, τοῖς

Ama bonorum quæ ſuppetunt non ſuperabundantem poſſeſſionem, ſed mediocrem fruitionem. Eos contemnito qui circa opes ſunt ſoliciti, præſentibus vero non poſſunt uti. Tales enim pari quaſi modo ſunt affecti, ac ſi quis equum pulchrum poſſideat, male peritus equitandi. Coneris efficere opes ut ſint uſui & poſſeſſioni.

[1] ὥσπερ γὰρ εἴ τις MS. Bodl.

* κλῆσιν] Apud Ariſtotelem κλῆσις non tam poſſeſſionem, quam quærendi ſtudium ſeu actum (ut vulgo dicunt) ſignificat: quo modo etiam hic commode intelligitur: ut præcipiat, ne nimium cumulandis opibus intentus ſit, ſed partis opibus fruatur. Κτᾶσθαι, *quærere, parare*; κεκλῆσθαι, *quæſiviſſe, parâſſe, poſſidere.* W.

† χρήματα ἢ κλήματα] Apud Iſocratem plerique τὸ χρήματα ἢ κλήματα ἐξηγητικῶς accipiunt: quaſi ſentiat Iſocrates, *eum qui dives eſſe velit, & pecuniâ ſeu nummis, & prædiis ac fundis abundare oportere.* Nec ſane mala eſt hæc ratio, ſi res ipſa ſpectetur. Nam quæ vulgo mobilia bona dicuntur, multis caſibus & periculis obnoxia ſunt: fundi vero longe tutiores: ſicut contra præſens pecunia ad quotidianum uſum eſt accommodatior. Sed alia ſententia eſt Iſocratis, hoc enim vult: *& utendum & fruendum eſſe divitiis*, hoc eſt, *eam rationem ineundam rei familiaris, ut & ſarta tecta conſervetur, & fructus ex eâ percipiatur: vel pecuniam conferendam eſſe in uſus neceſſarios & liberales, prædia vero excolenda, tuenda, & conſervanda eſſe.* Quod autem his verborum ambagibus protulit, potuiſſet breviter ſic dicere: χρῶ τῷ πλούτῳ, καὶ ἀπόλαυε αὐτοῦ, *utere divitiis & fruere.* W.

‡ Ἐστι δὲ χρήματα μὲ &c.] Diſcrimen inter χρῆσθαι & ἀπολαύειν hoc plerique conſtituunt, ut alterum ad neceſſitatem, alterum ad voluptatem referatur: *frui* nos aliquâ re, ſine reſpectu ad alia commoda, ut amici colloquio, jocis, voluptatibus; *uti* propter aliud, ut libro, diſcendi gratiâ. *W.*

ἀπολαύειν

ἀπολαύειν ἐπισταμένοις· κλήματα δὲ, τοῖς [1] χρῆσθαι δυναμένοις. Τίμα τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν δυοῖν ἕνεκα· τοῦ τε ζημίαν μεγάλην [2] ἐκτίσαι, καὶ [3] τῷ φίλῳ σπουδαίῳ δυσχερῆ βοηθῆσαι. Πρὸς δὲ τὸν ἄλλον βίον, μηδὲν ὑπερβαλλόντως, ἀλλὰ μετρίως [4] αὐτὸν ἀγάπα. Στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ [5] βελτίω.

Μηδενὶ συμφορὰν [6] ὀνειδίσῃς. Κοινὴ γὰρ ἡ τύχη, καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον.

Τοὺς ἀγαθοὺς εὖ ποίει. Καλὸς γὰρ θησαυρὸς παρ' ἀνδρὶ σπουδαίῳ χάρις ὀφειλομένη. [7] Τοὺς κακοὺς εὖ ποιῶν, ὅμοια πείσῃ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας κυνὰς σιτίζουσιν. Ἐκεῖναί τε γὰρ τοὺς διδόντας * ὥσπερ τοὺς τυχόντας ὑλακτοῦσιν· Οἵ τε κακοὶ τοὺς ὠφελοῦντας ὥσπερ τοὺς βλάπτοντας ἀδικοῦσι.

Sunt autem uſui iis qui frui callent, poſſeſſioni vero iis qui uti poſſunt. Magni fac opes quæ ſuppetunt duabus de cauſis; cum ut mulctam ingentem ſolvas, tum ut amico frugi indigenti opituleris. Ad cæteras autem vitæ rationes *quod attinet*, neutiquam ſupra modum, ſed moderate ipſas diligito. Præſentibus quidem ſis contentus, quære tamen meliora.

NEMINI calamitatem exprobres. Communis enim fortuna eſt, & futurum inviſibile.

BONIS benefacito. Gratia enim a viro probo debita eſt theſaurus pulcher. Malis benefaciendo, eadem patiêris quæ illi qui alienas canes paſcunt. Illæ enim eos qui dant tanquam quoſlibet allatrant: Et mali bene meritos, non aliter quam eos qui ipſis nocent, injuriis afficiunt.

[1] κλᾶσθαι δυναμένοις. MS. Bodl. Harl. & Coll. N. χρήματα iis qui ſciunt ἀπολαύειν· κλήματα iis qui ſciunt κλᾶσθαι. Ἀπολαύειν & χρᾶσθαι idem plane ſunt. [2] ἐκτ. δύνασθαι MS. Bodl. [3] τῷ φ. MS. Bodl. [4] αὐτὴν MS. Bodl. & Harl. [5] βέλτιστα MS. Bodl. [6] ὀνείδισε MS. Bodl. [7] Κακοὺς δ' εὖ ποιῶν MS. Harl.

* ὥσπερ τοὺς τυχόντας] Budæus τοὺς τύπτοντας; etſi τυπτόντας ἀορ. β'. melius quadraret ad τυχόντας. *W. in Caſt.*

Μίσει τὰς κολακεύονλας, ὥσπερ τὰς ἐξαπατώνλας. Αμφότεροι γὰρ πισθένλες τὰς [1] πισεύονλας ἀδικοῦσιν. Εὰν ἀποδέχῃ τ̃ φίλων τὰς πρὸς τὸ φαυλότατόν [2] ζοι χαριζομένας, ἀχ ἕξεις * ἐν τῷ βίῳ τὰς πρὸς τὸ βέλτιςον † ἀπεχθανομένας.

Γίνε πρὸς τὰς πλησιάζονλας [3] ὁμιλητικὸς, ἀλλὰ μὴ [4] ζεμνός. [5] Τῶν μ̀ γ̀ τ̃ ὑπεροπλικὸν ὄγκον μόλις ἂν οἱ δ̃λοι καρτερήσειαν· τ̃ ϗ τ̃ ὁμιλητικὸν τρόπον ἅπανλες

Odio habeas adulantes, tanquam qui decipiunt. Ambo enim fidem nacti confisos injuriâ afficiunt. Si eos ex amicis amplectaris, qui in rebus nequissimis tibi gratificantur, non habebis eos qui in vitæ decursu propter *tuum* commodum tibi velint exosi esse.

Fias erga eos qui tecum versantur comis, sed non fastuosus. Horum enim fastidiosum contemptum vix etiam servi sustineant; illorum vero mores affabiles

[1] πιτεύσαιλας MSS. Bodl. [2] Deest σοι in MS. Bodl. [3] ὁμιλιτικὸς MSS. Bodl. [4] σεμνός τε κ̀ ὑπεροπλικός. MS. Bodl. [5] τὸν μὲν γὰρ τῶν ὑπεροπλικῶν ὄγκον &c. τὸν δὲ τῶν ὁμιλητικῶν τρόπον ἅπανλες ἂν ἡδέως MS. Harl.

* ἐν τῷ βίῳ] Videtur subintelligi ὅλῳ, quoad vixeris. *W.*

† ἀπεχθανομένας] Id est, οἵ τινες ἂν βέλοιλο ἀπεχθάνεσθαί σοι, *qui propter admonitionum severitatem odium tuum suscipere non recusent.* Rodolphus pro ἀπεχθ. fortasse legit παρισαμένας, vertit enim, *Qui tibi ad ea quæ sunt optima sequendum assistant.* Camerarius, *Si amicorum futilibus in rebus grata tibi obsequia fuerint, utilibus fraudabere offensis.* Lonicerus aliter explicare conatur hoc Scholio: *Si te pessima conantem amici non deserunt; quanto magis, si præclaris rebus operam dederis, præsto erunt, & ita præsto erunt ut plurimum inde voluptatis capias, tantum abest ut virtutem tuam tibi invideant?* Sunt etiam qui ἔχειν ἀπεχθ. exponunt per μισεῖν & ἀποδοκιμάζειν, ellipsin ita putant esse complendam ἀχ ἕξεις ἐν τῷ βίῳ τὰς χαριζομένας σοὶ πρὸς τὸ βέλτιςον ἀπεχθ. ut sit sententia *non inimicus esse debes illis qui tibi in rebus optimis gratificantur.* At nec usitatum est ἔχειν ἀπεχθ. pro μισεῖν: nec verbum χαρίζεσθαι ad severitatem admonitionum videtur posse detorqueri. *W.*

ἡδέως

ἡδέως ὑποφέρουσιν. Ομιλητικὸς δ' ἔσῃ, μὴ δύσερις ὢν, μηδὲ δυσάρεσ⟨ος⟩, μηδὲ [1] πρὸς πάντα φιλόνεικ⟨ος⟩, μηδὲ πρὸς τὰς τῶν πλησιαζόντων ὀργὰς τραχέως ἀπαντῶν, μηδ' ἂν ἀδίκως ὀργιζόμενοι τυγχάνωσιν· ἀλλὰ θυμουμένοις μὲ αὐτοῖς εἶκων, πεπαυμένοις δ' τ ὀργῆς ἐπιπλήττων· μηδὲ * [2] περὶ τὰ γελοῖα σπουδάζων, μηδὲ περὶ τὰ σπουδαῖα τοῖς γελοίοις χαίρων· τὸ γὰρ ἄκαιρον πανταχοῦ λυπηρόν· μηδὲ [3] τὰς χάριτας [4] ἀχαρίστως χαριζόμ⟨ενος⟩· ὅπερ [5] πάσχουσιν οἱ πολλοὶ, † [6] ποιοῦντες μὲν, ἀηδῶς δ' τοῖς φίλοις ὑπουργοῦντες· μηδὲ ‡ φιλαίτι⟨ος⟩ ὢν, βαρὺ γάρ· μηδὲ φιλεπιμελὴς, παροξυντικὸν γάρ.

omnes libenter ferunt. Eris autem comis, ſi non fueris rixoſus, neque moroſus, nec in omnibus rebus contentioſus, nec tecum verſantium iracundiæ aſpere adverſatus, etiamſi nequaquam juſtâ de causâ iraſcantur; ſed ſi commotis quidem illis cedas, ab irâ vero cum ceſſaverint eos objurges; nec in rebus ridiculis fueris ſerius, nec circa res ſeriâs ridiculis gaviſus: (*Omne* enim intempeſtivum ubique eſt moleſtum) Nec gravatim gratias largiaris: quo vitio nonnulli laborant, id quidem *gratiam ſc.* præſtantes, at vero amicis injucunde opitulantes; nec criminationis ſis amans, eſt enim moleſtum: nec objurgationis ſis amans, eſt enim ad iracundiam irritans.

[1] πρὸς πάντας φ. MS. Bodl. & Harl. πρὸς τὰς πάντας MS. Coll. N. [2] περὶ τά γ. MS. Bod. in altero Bodl. deeſt περὶ. [3] Deeſt τὰς in MS. Bodl. & Harl. [4] ἀχαρίστοις MS. Bodl. & Harl. [5] ποιοῦσιν MSS. Bodl. [6] ποιοῦντες μὲν εὖ apud H. Steph. & Oporinum.

* περὶ τὰ γελοῖα σπουδάζων] Innuit Iſocrates, nos omnium horarum homines eſſe oportere. Poteſt etiam aliter intelligi, ut ſignificet, *vehementer in nugis occupari*, hoc eſt, τὰ γελοῖα σπουδῆς ἀξιοῦν. *W.*

† ποιοῦντες μὲν, ἀηδῶς &c.] Scilicet ὥσπερ δέονται οἱ φίλοι. *Faciunt illa quidem quæ petunt amici.* Budæus legit ποιοῦντες μὲ εὖ, *bene faciunt quidem:* id eſt χαρίζονται τὰς χάριτας, ἢ εὐεργετοῦσι. *W.*

‡ φιλαίτι⟨ος⟩] Videtur δύσεριος generale eſſe, de qualibet litigandi &

Μάλιστα μὲν φύλαττε τὰς ἐν τοῖς πότοις συνουσίας. [1] Ἂν δέ ποτέ σοι συμπέσῃ καιρὸς, ἐξανίστασο πρὸ μέθης. Ὅταν γὰρ ὁ νοῦς ὑπὸ οἴνου διαφθαρῇ, [2] ταὐτὰ πάσχει τοῖς ἅρμασι τοῖς τοὺς ἡνιόχους ἀποβάλλουσιν. Ἐκεῖνά τε γὰρ ἀτάκτως φέρεται διαμαρτάνοντα τῶν ὀθυνόντων· ἥ, τε ψυχὴ πολλὰ σφάλλεται, διαφθαρείσης τῆς διανοίας.

* Ἀθάνατα μὲν φρόνει τῷ μεγαλόψυχος εἶναι· θνητὰ δὲ, τῷ συμμέτρως τῶν ὑπαρχόντων ἀπολαύειν.

Ἡγοῦ τιμὴν παιδείαν τοσούτῳ μεῖζον ἀγαθὸν εἶναι τῆς ἀπαιδευσίας, ὅσῳ τὰ μὲν ἄλλα μοχθηρὰ πάντες κερδαί-

MAXIME quidem cave compotationum ſodalitates. Quod ſi unquam tibi occaſio obvenerit, ſurgas ante ebrietatem. Quum enim mens a vino corrupta fuerit, eadem patitur quæ currus qui aurigas excutiunt. Illi enim temere feruntur gubernatoribus privati; & mens multum errat, intellectu depravato.

IMMORTALIA quidem ſapias, dum ſis magnanimus; mortalia vero, dum moderate rebus quæ ſuppetunt fruaris.

EXISTIMA eruditionem eo majus bonum eſſe imperitiâ, quod omnes, qui

[1] Ἐὰν δέ σοι συμπίσῃ MSS. Bodl. & Coll. Nov. Codex Harl. delet ποτε. [2] τὰ αὐτὰ MS. Bodl. in altero γρ. ταῦτα.

rixandi cupiditate: φιλόνεικος vero is dici, qui in diſputationibus non facile de ſententiâ cedit, & pertinax eſt ſuarum rationum defenſor: δυσάρεστος quidem idem fere eſt, ſed latius patere videtur: ut ſit, cui nec dictis nec factis ſatisfieri poteſt, quales *morioſi* latine dicuntur, idem plerunque φιλαίτιοι ſunt, hoc eſt, vitium animi verbis etiam teſtantur: φιλεπίλιμηλοὶ vero ſunt ſeveri cenſores & nimium rigidi, qui nuſquam connivere volunt, & minutiſſima quæque delicta reprehendunt. *W.*

* Ἀθάνατα μὲν φρόνει] Verba hæc minus commode Latine reddi poſſunt, quare ita vertenda eſſe videntur, ac ſi Græce ſcriptum eſſet, μεγαλόψυχος ἴσο, ὡς ἀθάνατος, καταφρονῶν τῆς ὑπερβαλλούσης κτήσεως τῶν χρημάτων, συμμέτρως δὲ τῶν ὑπαρχόντων ἀπόλαυε, ὡς θνητός. *W.*

νους

νουλες πράτλουσιν, αὕτη δὲ μόνη καὶ προσεζημίωσε τὰς ἔχουλας. Πολλάκις γὰρ [1] ὧν τοῖς λόγοις ἐλύπησαν, [2] τούτῳ τοῖς ἔργοις τὴν τιμωρίαν [3] ἔδοσαν.

Οὓς ἂν [4] βούλῃ ποιήσασθαι φίλους, ἀγαθόν τι λέγε [5] περὶ αὐτῶν πρὸς τοὺς * ἀπαγγέλλουσας. [6] Ἀρχὴ μὲν γὰρ φιλίας ἔπαινος, ἔχθρας δὲ ψόγος.

Βουλόμενος, [7] παραδείγματα ποιοῦ τὰ παρεληλυθότα τῶν μελλόντων. Τὸ γὰρ ἀφανὲς ἐκ τοῦ φανεροῦ [8] ταχίστην ἔχει τὴν διάγνωσιν. Βούλου μὲν βραδέως, ἀποτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα. Ηγοῦ κρεῖττον εἶναι μὲν [9] Θεοῦ εὐτυχίαν, μὲν δ' ἡμῶν [10] αὐτῶν εὐβουλίαν.

cætera quidem mala perpetrant, lucrifaciunt: hæc autem ſola ipsâ laborantes etiam incommodo affecit. Sæpe enim quem verbis offenderunt, huic homini re ipsâ pœnas dederunt.

Quoscunque velis amicos facere, de iis aliquid boni dicito coram iis qui renunciant. Initium enim amicitiæ quidem eſt laudatio, inimicitiæ vero vituperatio.

Cum deliberes, fac res præteritæ ut ſint futurarum exempla. Obſcurum enim ex evidenti citiſſimam acquirit dijudicationem. Deliberes quidem tarde, quæ autem decreveris celeriter exequaris. Exiſtimes optimum eſſe eorum quæ a Deo quidem *proveniunt* felicitatem, quæ a nobis ipſis vero rectum conſilium. De qui-

[1] ὧν MSS. Bodl. ὃν τοῖς λόγοις ἐλύπησε &c. τιμωρίαν ἔδωκεν (nempe ἀπαιδευσία: non enim præceſſit ἀπαίδευσι) MS. Harl. [2] τούτων MSS. Bodl. [3] ἔδωκεν MS. Bodl. [4] βούλει MSS. Bodl. & Coll. Nov. [5] περὶ αὐτῶν πρότερον πρὸς τοὺς ἀπ. MS. Bodl. & Harl. [6] Ἀρχὴ γὰρ φιλ. μὲν ἔπ. MS. Bodl. & apud Ald. [7] παραδειγμα MS. Bodl. [8] πλείστην MS. Bodl. & Harl. [9] τῶν Θεῶν MSS. Bodl. Coll. N. & Harl. [10] Deeſt αὐτῶν in MS. Bodl. & Harl.

* ἀπαγγέλλουσας] Ferri & hoc poteſt κατ' ἀναλλαγὴν: ſed malim ἀπαγγελοῦσας. *W. in Caſt.*

*Περὶ ὧν ἂν αἰσχύνῃ παῤῥησιάσασθαι, βέλει δέ [1] τισι τῶν φίλων [2] ἀνακοινώσασθαι, χρῶ τοῖς λόγοις ὡς περὶ ἀλλοτρίας ὑποθέσεως. Οὕτω γὰρ τῶν ἐκείνων τε [3] γνώμην αἰσθήσῃ, καὶ [4] σεαυτὸν οὐ καταφανῆ ποιήσεις. [5] Ὅταν δ' ὑπὲρ τῶν σεαυτοῦ μέλλῃς τινὶ [6] συμβουλεύεσθαι, σκόπει [7] πρῶτον [8] πῶς ὑπὲρ τῶν αὐτοῦ διώκησεν. Ὁ γὰρ κακῶς διανοηθεὶς [9] ὑπὲρ τῶν ἰδίων, οὐδέποτε καλῶς βουλεύσεται [10] περὶ τῶν ἀλλοτρίων. [11] Οὕτω δ' ἂν μάλιστα βουλεύσαιο παροξυνθείης, εἰ τὰς συμφορὰς τὰς [12] ἐκ τῆς ἀβουλίας ἐπιβλέψειας. Καὶ γὰρ τῆς [13] ὑγιείας πλείστην

bus te puduerit aperte loqui, velles autem ea amicis quibuſdam impertire, ſermonibus utaris tanquam de alienâ re. Ita enim & illorum ſententias cognoſces, & teipſum non prodes. Quum vero de tuis ipſius negotiis quemvis conſulturus ſis, ſpectes primo quomodo *ipſe* res ſuas adminiſtrârit. Qui enim de rebus propriis male deliberavit, is nunquam recte de alienis conſulet. Ita autem quam maxime ad deliberandum incitaberis, ſi ſpectaveris calamitates quæ a conſilii inopiâ *provenerint*. Nam & ſanitatis maximam *tunc*

[1] τινι MSS. Bodl. & Coll. N. [2] κοινώσασθαι MS. Bodl. & Coll. N. [3] γινῶσιν MS. Bodl. [4] σαυτὸν & σαυτῷ poſtea MSS Bodl. & Coll. Nov. [5] Οταν ὑπὲρ τῶν σαυτῷ MSS. Bodl. & Harl. [6] βουλεύεσθαι MS. Bodl. in altero Bodl. & Harl. γρ. συμβούλῳ χρῆσθαι. Τινὶ συμβουλεύεσθαι eſt potius conſilium dare quam expetere. [7] πρότερον MSS. Bodl. & Harl. [8] πῶς τὰ ἑαυτῷ διώκ. MS. Bodl. [9] περὶ τῶν ἰδίων MS. Bodl. & Harl περὶ τῶν οἰκείων in altero Bodl. [10] ὑπὲρ MS. Bodl. [11] Οὕτω δ' ἂν κάλλιστα βουλεύσαιο MS. Harl. [12] ἐξ ἀβ. MS. Bodl. [13] ὑγείας MSS. Bodl.

* Περὶ ὧν ἂν αἰσχύνῃ παῤῥ.] Turpium duntaxat rerum pudere nos decet, quas antequam admittamus, nemini communicari oportet. Sed quia μήτε ἀπαθεῖς, μήτε ἀναμάρτητοι ſumus, ſi quod admiſſæ turpitudinis remedium quærimus, hoc artificio uti licebit. *W.*

ἐπι-

ἐπιμέλειαν ἔχομεν, ὅταν τὰς λύπας τὰς ἐκ τ ἀῤῥωστίας ἀναμιμνῃσκώμεθα.

* Μιμοῦ τὰ τ βασιλέων ἤθη, Ϲ δίωκε τὰ ἐκείνων ἐπιτηδεύματα. Δόξεις γὰρ αὐτὸς ἀποδέχεσθαι κ ζηλοῦν. Ὡς ἔσῃ σοι ξυμβήσεται καὶ πρός τε τὸ πλῆθει μᾶλλον ἐνδοκιμεῖν, κ τ παρ' ἐκείνων εὔνοιαν βεβαιοτέραν ἔχειν. [1] Πείθου μὲν κ τοῖς νόμοις τοῖς ὑπὸ τ βασιλέων κειμένοις. Ἰσχυρότατον μέν τοι νόμον ἡγοῦ τ ἐκείνων τρόπον. Ὥσπερ γὰρ τ ἐν δημοκρατίᾳ πολιτευόμενον τὸ πλῆθος δεῖ θεραπεύειν· οὕτω κ τ ἐν μοναρχίᾳ καλοικαγαθίαν τ βασιλέα προσήκει θαυμάζειν.

Εἰς ἀρχὴν καταστὰς μηδενὶ χρῶ πονηρῷ πρὸς τὰς διοικήσεις. Ὧν γὰρ ἂν ἐκεῖνος [2] ἁμάρτοι, σοὶ τὰς αἰτίας ἀναθήσουσιν. Ἐκ τ κοινῶν ἐπιμελειῶν ἀπαλλάττου

*temporis* curam habemus, quando moleſtias quæ e valetudine adverſâ ortæ ſunt reminiſcamur.

Regum mores imitare, & illorum ſtudia perſequere. Videberis enim ipſos probare & imitari. Ita tibi evenerit ut & apud plebem gloriam majorem aſſequaris, & ipſorum benevolentiam firmiorem habeas. Pareas quidem etiam legibus per reges ſtatutis. Validiſſimam autem *eſſe* legem exiſtimes ipſorum ingenium. Ut enim in ſtatu populari degentem oportet plebem colere: ita & illum qui in monarchiâ vivit regem decet admirari.

Ad magiſtratum evectus nemine utaris improbo in rebus adminiſtrandis. Culpam enim ex iis ortam quæ ille deliquerit tibi aſcribent. A publicis functionibus diſcedas non ditior, ſed lauda-

[1] Πείθου τοῖς νόμοις MSS. Bodl. [2] διαμάρτῃ MSS. Bodl. & Coll. N.

* Μιμοῦ τὰ τῶν βασιλέων ἤθη] Scilicet in rebus indifferentibus, cujuſmodi ſunt ſtudia & delectationes quædam, ut venationis, muſicæ, literarum. *W.*

μὴ πλουσιώτερον, ἀλλ' ἐνδοξότερον. Πολλῶν γὰρ χρημάτων κρείττων ὁ παρὰ τῶν πολιτῶν ἔπαινος. Μηδενὶ πονηρῷ πράγματι * μήτε παρίσασο, † μήτε συνηγόρει. Δόξεις γὰρ κἀ αὐτὸς τοιαῦτα πράττειν, οἷά περ ἂν τοῖς ἄλλοις πράττουσι βοηθῇς.

Παρασκεύαζε σεαυτὸν πλεονεκτεῖν μὲ[1] δυνάμενον, ἀνέχου δὲ τὸ ἴσον[2] ἔχειν. [3] Ἵνα δοκῇς ὀρέγεσθαι τῆς δικαιοσύνης, μὴ δι' ἀσθένειαν, ἀλλὰ δι' ἐπιείκειαν.

Μᾶλλον ἀποδέχου δικαίαν πενίαν, ἢ πλοῦτον ἄδικον. Τοσούτῳ γὰρ κρείττων δικαιοσύνη χρημάτων, ὅσῳ τὰ μὲν ζῶντας μόνον ὠφελεῖ, ἡ δὲ καὶ τελευτήσασι δόξαν παρασκευάζει· κἀκείνων μὲν τοῖς φαύλοις μέτεσι, [4] ταύτης δὲ τοῖς μοχθηροῖς ἀδύνατον μεταλαβεῖν. Μηδένα ζήλου τῶν

tior. Multis enim divitiis præſtantior eſt populi laudatio. Nulli actioni improbæ aut adſis, aut patrocineris. Videberis enim & ipſe talia facere, qualia facientibus aliis opituleris.

Te parato ut poſſis quidem aliis præſtare, ſis autem contentus, ſi parem cum aliis ſortem habeas. Ut videaris juſtitiam appetere, non propter impotentiam, ſed propter moderationem.

Magis probato paupertatem cum juſtitiâ, quam opes cum injuſtitiâ. Juſtitia enim eo præſtantior eſt opibus, quod hæ quidem viventibus tantum proſint, illa vero etiam mortuis gloriam paret; & harum quidem etiam improbi participes ſint, illam vero conſequi hominibus nequam ſit

[1] δύνασθαι MS. Bodl. [2] ἔχων MSS. Bodl. & Coll. N. [3] Ἵνα δ. γ' ἂν ὀρέγεσθαι MS. Bodl. [4] τούτου MS. Bodl.

* μήτε παρίσασο] Verbum hoc ad advocatos pertinet, qui etiam tacentes ſuâ perſonâ reo patrocinantur: quod Latini dicunt, *ſtare ab aliquo*. *W.*

† μήτε συνηγόρει] Hoc ad oratores pertinet, & cauſidicos, qui oratione defendunt reum, *W.*

ἐξ

ἐξ ἀδικίας κερδαινόντων, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποδέχου τὺς μὴ δικαιοσυνης ζημιωθέντας. Οἱ γὰρ δίκαιοι τῶν ἀδίκων εἰ μηδὲν ἄλλο πλεονεκτοῦσιν, ἀλλ' ἢν [1] ἐλπίσι γε ἀγαθαίαις ὑπερέχυσι.

Πάντων μὲν ἐπιμελοῦ τὸ [2] περὶ τὸν βίον· [3] μάλιστα δὲ τὸ σεαυτοῦ φρόνησιν ἄσκει. Μέγιστον γὰρ ἐν ἐλαχίστῳ νοῦς ἀγαθὸς ἐν ἀνθρώπου σώματι.

Πειρῶ [5] τὸ μὲν σῶμα εἶναι φιλόπονον, [6] τὸ δὲ ψυχὴν φιλόσοφον· ἵνα τῷ μὲν ἐπιτελεῖν * δυνῇ τὰ δόξαντα, τῇ δὲ προορᾶν [7] ἐπίσῃ τὰ συμφέροντα.

† Πᾶν ὅ,τι [8] ἂν μέλλῃς λέγειν, πρότερον ἐπισκόπει τῇ

impossibile. Neminem æmuleris eorum qui ex injustitiâ lucrifaciunt, sed potius eos probes qui ob justitiam sunt multati. Justi enim si nullâ aliâ re injustis præstent, veruntamen spe bonâ *iis* sunt superiores.

Omnium quidem quæ ad vitam spectant curam habeas; maxime autem tuam ipsius prudentiam exerceas. Maxima enim in minimo res est mens bona in corpore hominis.

Coneris ut corpore quidem fias laborum amans, animo vero sapientiæ studiosus: ut cum illo possis exequi quæ decreveris, cum hoc vero calleas prospicere ea quæ conducunt.

Omnia quæcunque dicturus sis prius mente consi-

[1] ἐλπίσι χρηταῖς MS. Bodl. & Harl. Apud Aristotelem occurrit συνειδὸς καθαρὸν καὶ χρηταὶ ἐλπίδες. [2] περὶ βίου MSS. Bodl. deest τὸν in MS. Coll. N. [3] μᾶλλον MS. Bodl. [4] σαυτοῦ MSS. Bodl. & Coll. N. [5] τῷ μὲν σώματι MS. Bodl. [6] τῇ δὲ ψυχῇ MS. Bodl. [7] ἐπίστη MS. Bodl. [8] Deest ἂν in MS. Bodl.

* δύνῃ τὰ δόξαντα] Contra analogiam verborum in μι, quasi a thematibus δύνομαι, & ἐπίσομαι. *W. in Cast*

† Πᾶν ὅ,τι ἂν μέλλῃς λέγειν] Dubitare haud abs re queas an subjiciendum sit hoc præceptum, Δύο ποιοῦ καιρὸς τοῦ λέγειν: ac tum demum Νόμιζε μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον, & post χαῖρε μὲν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι. Videntur enim hæc præcepta potius a librariis distracta, quam ab autore, quamvis ordinis non observantissimo. *W. in Cast.*

γνώμῃ.

γνώμη. Πολλοῖς γὰρ ἡ γλῶττα προτρέχει τ̃ διανοίας.

Νόμιζε μηδὲν εἶναι τ̃ ἀνθρωπίνων βέβαιον. Οὕτω γὰρ ἄν τ' ἀτυχῶν ἔσῃ πρᾴχαρὴς, ἄν τε δυσυχῶν περίλυπ@.

Δύω ποιῆ καιρὸς ἓ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶδα σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Ἐν τούτοις γὰρ μόνοις ὁ λόγ@ τ̃ σιγῆς κρείττων· ἐν ᾗ τοῖς ἄλλοις ἄμεινον σιγᾶν ἢ λέγειν.

Χαῖρε μὲ ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τ̃ ἀγαθῶν, [1] καὶ λυπῆ μετρίως ἐπὶ τοῖς [2] γινομένοις τ̃ κακῶν· [3] γίνου ᾗ τοῖς ἄλλοις [4] * μήθ' ἑν ἑτέροις ὢν καταδηλ@. Ατοπον γὰρ, τ̃ μὲ ὐσίαν ἐν τ̃ οἰκίαις ἀποκρύπτειν· τὴν ᾗ διάνοιαν φανερὰν ἔχοντα περιπατεῖν.

dera. Multorum enim lingua intellectui præcurrit.

Existimes nullam e rebus humanis firmam esse. Ita enim neque si feliciter egeris nimis lætus eris, nec si infeliciter nimium mœstus.

Duo loquendi tempora constitue, aut de iis quæ probe nôsti, aut de quibus necesse est ut loquaris. In hisce enim solis sermo silentio præstantior est: in aliis vero melius est tacere quam fari.

Gaudeas *mediocriter* quidem ob bona illa quæ eveniunt, & moderate doleas ob mala quæ accidunt; ne autem *aliis* appareat te alterutro horum affectuum occupari. Absurdum enim fuerit, opes quidem domi recondere, mente vero expositâ deambulare.

[1] λυπῆ δὲ μ. MSS. Bodl. [2] γιγνομένοις MSS. Bodl. & Harl. [3] γίγνε MS. Bodl. [4] μηδὲ ἐν ἑταίροις ὢν in altero MS. Bodl. & Harl. ἐν μηδετέροις in altero MS. Bodl. & Cod. impresso Coll. N.

* μήθ' ἐν ἑτέροις ὢν κατ'] Rodolphus *Neutrius tamen animi velis aliis esse manifestus.* Hinc colligit Brubachianus annotator eum legisse ἐν μηδετέροις. Sed nihil est necesse de lectione ambigere, cum utraque recta sit & eadem. Nam μήθ' ἐν ἑτέροις est Attica τμῆσις, ficut dicunt ὐδὲ εἷς, pro ὐδείς. *W. in Cast.*

Μᾶλλον

Μᾶλλον ὀλαβῦ ψόγον ἢ κίνδωνον. Δεῖ γὰρ εἶναι φοβερὰν τοῖς μὲ φαύλοις τ βίᾳ τελυτὴ· τοῖς δὲ σπουδαίοις τ ἐν τῷ ζῆν ἀδοξίαν. Μάλιστα μὲ πειρῶ ζῆν κτ' τ ἀσφάλειαν. Ἐὰν δέ σοί συμβῇ κινδυνῦσειν, ζήτει τὴν ἐκ βῦ πολέμυ ζωὴν μετὰ καλῆς δόξης, ἀλλὰ μὴ μετ' αἰσχρᾶς φήμης. Τὸ μὲ γὰρ τελυτῆσαι πάντων ἡ πεπρωμένη κατέκρινε· τὸ δὲ καλῶς ἀποθανεῖν, ἴδιον τοῖς σπουδαίοις [1] ἡ φύσις ἀπέφηνε.

Καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ πολλὰ τ εἰρημένων σ' πρέπει σοι πρὸς τὴν νῦν παρῦσαν ἡλικίαν. Οὐδὲ γὰρ ἐμὲ τῦτο διέλαθεν· ἀλλὰ προειλόμην διὰ τ αὐτῆς πραγματείας, ἅμα τοῦ τε [2] παρόντ βίυ συμβυλίαν ἐξενεγκεῖν, κτ βῦ μέλλοντ χρόνου [3] παράγγελμα καταλιπεῖν. Τὴν μὲ γὰρ τύτων χρείαν ῥᾳδίως εἰδήσεις· τ δὲ συμβυλεύσα μετ' εὐνοίας χαλεπῶς εὑρήσεις. Οπως

MAGIS cave reprehenſionem quam periculum. Oportet enim metuendum eſſe improbis vitæ finem; probis vero id quod fit durante vitâ dedecus. Maxime quidem coneris vivere in tuto. Si quando autem tibi contigerit ut periclitéris, quæras e bello ſalutem quæ fit cum pulchrâ gloriâ, neutiquam vero quæ cum dedecore. Nam ut morerentur quidem omnes fatum *quaſi* condemnavit; honeſte vero mori, hoc probis *quaſi* proprium *ut eſſet* natura ordinavit.

NEQUE vero mireris, ſi multa e dictis hiſce tibi non conveniant in præſenti tuâ ætate. Neque enim me hoc latuit; verum elegi eâdem operâ ſimul de præſentis vitæ ratione conſilium proferre, & de futuro tempore præceptum relinquere. Horum enim uſum facile cognoſces; monitorem vero benevolentiâ præditum difficulter reperies. Ne igitur cætera ab alio

[1] Deſunt ἡ φύσις in MS. Bodl. Harl. [2] παρόλος σῦ βίυ MSS. Bodl. & [3] παράδειγμα MS. Bodl.

[1] ἓν τὰ λοιπὰ μὴ παρ' ἑτέρᾳ ζητῇς, ἀλλ' ἐντεῦθεν ὥσπερ ἐκ [2] ταμιείου προφέρῃς, ᾠήθλιν δεῖν μηδὲν παραλιπεῖν, ὧν ἂν ἔχω σοὶ συμβαλλέειν. Πολλὴν δ' ἂν [3] * τῷ Θεῷ χάριν ἐχοίλιν, εἰ μὴ διαμάρτοιμι τῆς δόξης [4] ἣν ἔχων περὶ σὲ τυγχάνω. Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων τὰς πλείστας [5] ὑρήσομεν, ὥσπερ τὰ σιτία τοῖς ἡδίστοις μᾶλλον ἢ τοῖς ὑγιεινοτάτοις χαίρονας· ὅτω καὶ τὰ φίλων τοῖς συνεξαμαρτάνουσι πλησιάζονας, ἀλλ' οὐ τοῖς νουθετοῦσι. Σὲ δ' οἶμαι νομίζω τἀναντίον τούτων ἐγνωκέναι· τεκμήριόν σοι † τῇ περὶ τὰ ἄλλα σου παιδείαν φιλοπονία. Τὸν γὰρ αὐτῷ τὰ βέλτιστα πράττειν ἐπιτάττοντα, τοῦτον εἰκὸς

quæreres, ſed hinc tanquam e conditorio depromeres; exiſtimavi oportere nihil prætermittere eorum conſiliorum, quæ tibi poſſum offerre. Magnas vero Deo gratias haberem, ſi opinione non aberravero quam de te concepi. Aliorum enim quamplurimos inveniemus, ut ciborum jucundiſſimis potius quam ſaluberrimis delectari: ita iis amicis ſe adjungere qui ſimul peccant, non autem iis qui ipſos admonent. Te vero arbitror contraria hiſce ſtatuiſſe, quippe pro ſigno habeam tuam in reliquo inſtitutionis tuæ curſu induſtriam. Nam qui ſibi ipſi optima ut agat imperat,

[1] Deeſt ἓν MS. Bodl. [2] ταμείου MS. Bodl. [3] τοῖς Θεοῖς MSS. Bodl. [4] ἧς ἔχων MS. Bodl. [5] ὑρίσομεν MS. Coll. N.

* τῷ Θεῷ χάριν] Notetur obiter Deum ſingulari numero hic nominari, ut Plato cæterique ſaniores Philoſophi ſenſerunt, unum ſummum & ſolum eſſe Deum. Cum autem *Deos* dicunt, non ex animi ſui ſententiâ, ſed populariter loquuntur. *W.*

† τῇ περὶ τὴν ἀλ. σοῦ παιδ. φιλοπ.] Particula σοῦ ſive ab autore ſic poſita, ſive a librario tranſpoſita, referatur ad φιλοπονίαν. Per reliquam autem doctrinam intelligantur τά τε γραμματικὰ, καὶ μουσικὰ, καὶ γυμναστικὰ, quæ non proprie ad virtutis & honeſtatis præcepta pertinent, quamvis eam valde adjuvare poſſint. *W.*

καὶ

καὶ τῶν ἄλλων τὸς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ὠφελιμωτάτους ἀποδέχεσθαι.

Μάλιστα δ' ἂν παροξυνθείης ὀρεχθῆναι τῶν καλῶν ἔργων, εἰ καταμάθοις ὅτι καὶ [1] τὰς ἡδονὰς τὰς ἐκ τούτων μάλιστα * γνησίως [2] ἔχομεν. Ἐν μὲν γὰρ τῷ ῥαθυμεῖν, [3] καὶ τὰς πλησμονὰς ἀγαπᾶν, λύπαι αἱ λύπαι ταῖς ἡδοναῖς † ἐπεπήγασι. Τὸ δὲ περὶ τὴν ἀρετὴν φιλοπονεῖν, καὶ σωφρόνως τὸν ἑαυτοῦ βίον οἰκονομεῖν, ἀεὶ τὰς τέρψεις ‡ εἰλικρινεῖς καὶ βεβαιοτέρας ἀποδίδωσι. Καὶκεῖ μὲν [4] πρῶτον ἡσθέντες, ὕστερον [5] ἐλυπήθημεν· ἐνταῦθα δὲ, μετὰ τὰς λύπας τὰς ἡδονὰς ἔχομεν. Ἐν ἅπασι δὲ τοῖς ἔργοις, οὐχ ὅτω τὰ ἀρχῆς μνημονεύομεν, ὡς τὰ τελευτῆς αἴσθησιν

eum verisimile est etiam ex aliis eos qui ad virtutem hortantur probaturum.

Maxime vero incitatus fueris ad res præclaras expetendas, si didiceris, quod harum ope ipsis etiam voluptatibus sincerrime fruamur. Nam dum socordiam agimus & luxuriam amamus, statim molestiæ voluptatibus adnexæ sunt. Circa virtutem vero studere, & vitam propriam modeste administrare, semper voluptates sinceras & firmiores præstat. Et illic quidem primo delectati, postea doluimus: hîc autem post dolores voluptates carpimus. In omnibus autem operibus non tam principium recordamur, quam exitûs *quasi* sensum percipimus.

[1] τὰς ἡδ. ἐκ τούτων MSS. Bodl. & Coll. N. [2] ἔχωμεν MS. Bodl. [3] καὶ τῷ τὰς πλ. MS. Bodl. & Harl. [4] πρότερον MS. Bodl. [5] ἐλυπήθησαν MS. Bodl.

* γνησίως ἔχ.] Fortasse γνησίας. Sed & adverbium commode legitur. *W. in Cast.*

† ἐπεπήγασι] Est ἐπακείμενος medius, a verbo ἐπαπήγνυμαι, quod a verbo πήγω inusitato sua tempora mutuatur. *W.*

‡ εἰλικρινεῖς] Componi videtur ab εἰλέω & κρίνω, a discernendis rebus involutis & intricatis. Εἰλικρινὴς ἡδονὴ ea voluptas est, quæ nihil molesti vel adjunctum habet vel consequens. *W.*

λαμβά-

λαμβάνομεν. Τὰ γὰρ πλεῖστα [1] τῶν περὶ τὸν βίον, οὐ [2] δι' αὐτὰ τὰ πράγματα ποιούμεθα, ἀλλὰ τῶν ἀποβαινόντων ἕνεκα διαπονούμεθα. Ἐνθυμοῦ δή, [3] διότι τοῖς μὲν φαύλοις ἐνδέχεται τὰ τυχόντα πράττειν· * οὕτως γὰρ ὁ βίος τοιαύτην πεποίηται τὴν ὑπόθεσιν. Τοῖς δὲ σπουδαίοις οὐκ οἰόντε τ' ἀρετῆς ἀμελεῖν, [4] † ἢ πολλοὺς ἔχειν τοὺς ἐπιπλήττοντας. Πάντες γὰρ μισοῦσιν οὐχ οὕτω τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, ὡς τοὺς ἐπιεικεῖς μὲν φάσκοντας εἶναι, μηδὲν δὲ τῶν τυχόντων διαφέροντας. [5] Εἰκότως. Ὅπου γὰρ τοὺς τῷ λόγῳ μόνῳ ψευδομένους ἀποδοκιμάζομεν· [6] ἥκιστα τοὺς τῷ βίῳ παντὶ [7] ‡ ἐλαττουμένους [8] οὐ φαύλους εἶναι

Plurimas enim res quæ ad vitam ſpectant, non propter res ipſas agimus, ſed eventuum gratiâ laboramus. Cogita autem quod hominibus quidem nequam conveniat quævis agere; ſtatim enim *ab initio* tale *quaſi* vitæ fundamentum poſuerunt. Probis vero quod impoſſibile ſit virtutem negligere, aut *non* multis incidere qui reprehendant. Omnes enim odio habent non tam eos qui delinquunt, quam qui ſe probos quidem eſſe jactant, in nullâ autem re vulgo *hominum* præſtantiores ſunt. Idque merito. Nam ſi eos qui ſermone tantum mentiuntur rejicimus; annon eos qui in

[1] Deeſt τῶν MS. Bodl. & Harl. [2] διὰ τὰ πρ. MS Bodl. [3] ὅτι MS. Bodl. & Harl. [4] διὰ τὸ πολλοὺς ἐχ. MS. Bodl. ἢ πολλοὺς ἔχῃ. MS. Harl. [5] Καὶ εἰκότως MS. Bodl. [6] ἥκιστα γε MSS. Bodl. & Harl. [7] ἐλαττωμένους MS. Harl. [8] πῶς οὐ φ. MS. Bodl.

* οὕτως γὰρ τῷ βίῳ τοιαύτην π.] Hic fere malim paſſive interpretari: *tale fundamentum vitæ illorum jactum eſt.* W.

† ἢ πολλοὺς ἔχειν] Nec οἰόντε, nec οὐχ' οἰόντε repeti commode poteſt in membro poſteriore. Aut igitur ἐλλειπτικῶς ſubintelligitur aliquid, ut ſi legas, ἢ πολλοὺς ἔχειν ἀνάγκη τοὺς ἐπιπλήττοντας: aut τὸ ἔχειν ſic accipiendum, quaſi poſitum ſit pro ἔξωσι. *W. in Caſt.*

‡ ἐλαττουμένους] Scilicet τῆς δόξης, καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων προσδοκίας, τῆς περὶ αὐτοὺς ὑπαρχούσης. *W.*

φήσομεν;

φήσομεν; Δικαίως δ' ἂν τὰς τοιάτας [1] ὑπολάβοιμεν, μὴ μόνον εἰς ἑαυτὰς ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ καὶ * τῆς τύχης εἶναι προδότας. Ἡ μὲν γὰρ αὐτοῖς χρήματα καὶ δόξαν καὶ φίλους [2] ἐνεχείρισεν· οἱ δὲ σφᾶς αὐτὰς ἀναξίας † τῆς ὑπαρχούσης εὐδαιμονίας κατέστησαν. Εἰ δὲ δεῖ θνητὸν ὄντα τῆς τῶν Θεῶν κατανοίας διανοίας· ἡγοῦμαι κἀκείνους δηλῶσαι τοῖς οἰκειοτάτοις μάλιστα δηλῶσαι, πῶς ἔχουσι πρὸς τὰς φαύλους καὶ τὰς πονηρίας τῶν [3] ἀνθρώπων. Ζεὺς γὰρ Ἡρακλέα καὶ Τάνταλον γεννήσας (ὡς οἱ μῦθοι λέγουσι, καὶ πάντες πιστεύουσι) τὸν μὲν διὰ τὴν ἀρετὴν ἀθάνατον ἐποίησε, τὸν δὲ διὰ τὴν κακίαν τῆς μεγίστας τιμωρίας ἐκόλασεν. Οἷς [4] χρὴ παραδείγμασι χρωμένους ὀρέγεσθαι τῆς καλοκαγαθίας, καὶ μὴ μόνον τοῖς ὑφ' ἡμῶν ἐρημένοις

totâ vitâ deficiunt malos esse dicemus? Jure autem tales existimemus non solum in seipsos peccare, verum etiam fortunæ proditores esse. Illa enim iis opes & honorem & amicos in manus tradidit, ii vero seipsos felicitate quæ adest indignos fecerunt. Quod si fas sit mortali Deorum sententias conjecturâ indagare; arbitror etiam ipsos, quemadmodum erga sibi conjunctissimos se gesserint, clarissime demonstraviſſe, quomodo erga homines improbos & erga bonos sint affecti: Jupiter enim quum Herculem & Tantalum genuerit, (ut fabulæ dicunt, & credunt omnes) illum quidem ob virtutem fecit immortalem, hunc vero ob nequitiam maximis suppliciis multavit. Quibus exemplis usos oportet honestatem appetere, nec in iis quæ a no-

[1] ὑπολαμβάνομεν MS. Bodl. [2] ἐνεχείρησεν MS. Bodl. [3] ἀνδρῶν MS. Coll. N. [4] δεῖ π. MS. Bodl.

* τῆς τύχης εἶναι προδ.] Rodolphus (quod etiam ab Eraſmo annotatum est) legit τῆς ψυχῆς. Vertit enim *animi sui proditores* Sed lectio altera haud dubie verior est. *W.*

† τῆς ὑπ. εὐδαιμονίας] Non beatos eos esse dicit, sed parandæ beatitatis facultatem suâ culpâ amisisse queritur. *W.*

ἐμμϑήειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ποιητῶν τὰ βέλτιστα μανθάνειν, * καὶ τῶν ἄλλων σοφιστῶν, [1] εἴ τι χρήσιμον εἰρήκασιν, ἀναλεγώσκειν. Ὥσπερ γὰρ τὴν μέλιτταν ὁρῶμεν ἐφ' ἅπασι μὲν τοῖς ἄνθεσι καθιζάνουσαν, ἀφ' [2] ἑκάστου δὲ τὰ [3] χρήσιμα λαμβάνουσαν· οὕτω χρὴ καὶ τοὺς παιδείας ὀρεγομένους μηδενὸς μὲν ἀπείρως ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν. Μόλις γὰρ ἄν τις, † ἐκ ταύτης τῆς ἐπιμελείας, τὰς τῆς φύσεως ἁμαρτίας [4] ἐπικρατήσειεν.

bis dicta ſunt ſolummodo perſtare, verum etiam optima quæque Poetarum perdiſcere, & aliorum Sapientum ſi quid utile dixerint perlegere. Nam ut apem videmus omnibus quidem floſculis inſidere, ab unoquoque autem utilia carpere; ita oportet eos qui eruditionem appetunt, nullius quidem rei inexpertos eſſe, undequâque vero utilia colligere. Vix enim naturæ pravitates etiam hac *adhibitâ* diligentiâ quiſquam ſuperaverit.

[1] εἰ χρήσιμον MS. Bodl. [2] ἑκάστων MS. Bodl. & Coll. Nov.
[3] βέλτιστα MS. Bodl. [4] κρατήσειεν MS. Bodl.

* καὶ τῶν ἄλλων σοφ ] Fortaſſe καὶ τὰ τῶν ἄλλων σοφιστῶν. *W. in Caſt.*
† ἐκ ταύτης ] Id eſt διὰ ταύτης. *W.*

ARGU-

# ARGUMENTUM

## Ex Hieronymo Wolfio,

## In Orationem ad

# NICOCLEM.

UT ſuperior Oratio adoleſcentiam vitamque privatam in genere format: ita hæc adminiſtrandæ Reipub. præcepta complectitur. Nicoclem enim Evagoræ filium Salaminis Cypriæ regem hortatur, ac ſaluberrimis præceptis inſtruit, ad regnum clementer & feliciter adminiſtrandum. Repetuntur ex Paræneſi nonnulla, ſed aliis verbis: & hîc etiam pleraque ſunt, quæ, paucis mutatis, ad privatos homines facillime transferantur. Quod ad docendi viam, & hujus orationis partes attinet; eadem ejus ferme ratio eſt, quæ & ſuperioris, & illius etiam quæ ſequitur. Conſtat enim procœmio, explicatione præceptorum, & peroratione: miſtaſque præceptionibus habet adhortationes. Superior igitur privata paræneſis, hæc regia dici poteſt.

# ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ

## *ΠΡΟΣ

# ΝΙΚΟΚΛΕΑ

## ἢ περὶ βασιλείας λόγος.

ΟΙ μὲν εἰωθότες, ὦ [1] Νικόκλεις, ὑμῖν τοῖς βασιλεῦσιν ἐσθῆτας ἄγειν, ἢ χαλκὸν, ἢ χρυσὸν εἰργασμένον, ἢ ἄλλό τι τῶν τοιούτων [2] χρημάτων, ὧν αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς εἰσὶν, ὑμεῖς δὲ πλουτεῖτε· λίαν ἔδοξαν

# ISOCRATIS

## AD

# NICOCLEM

## de Regno Oratio.

QUI quidem ſolent, O Nicocles, vobis Regibus veſtes advehere, aut æs, aut aurum affabre factum, aut aliquid aliud talium bonorum, quibus ipſi quidem ſunt indigi, vos autem abundatis: mihi viſi

[1] Νικόκλεες MS. Bodl. [2] κλημάτων MS. Bodl. Coll. N. & Harl.

* Πρὸς Νικόκλεα] Unius orationis meminit Plutarchus, pro quâ Iſocrati Nicocles viginti talenta dono dederit. Mihi veriſimilius videtur id factum eſſe magis propter reliquas duas, quarum altera *Nicocles* ſeu *Symmachicus*, altera *Evagoras* inſcribitur. *W.*

εἶναί

εἶναί μοι καλαφανεῖς, ἢ δόσιν, ἀλλ' ἐμπορίαν ποιήμφοι, & πολὺ τεχνικώτερον αὐτὰ πωλοῦντες, τ̃ ὁμολογούντων καπηλεύειν. [1] Ἐγὼ δ' ἡγησαίμιλω ἂν ταύτῃ καλλίστῃ [2] δωρεὰν, καὶ χρησιμωτάτῃ, καὶ μάλιστα πρέπουσαν ἐμοί τε δοῦναι, & σοὶ λαβεῖν· εἰ δυνηθείην ὁρίσαι, ποίων ἐπιτηδευμάτων ὀρεγόμφος, καὶ τίνων ἔργων ἀπεχόμφος, ἄριστ' ἂν καὶ τ̃ πόλιν καὶ τ̃ βασιλείαν διοικοίης. Τὰς μ̃ γὰρ ἰδιώτας ἐστὶ πολλὰ τὰ παιδεύοντα, καὶ μάλιστα μ̃ τὸ μὴ τρυφᾶν, ἀλλ' ἀναγκάζεσθαι πρὸ τοῦ βίου καθ' ἑκάστην ἀγωνίζεσθαι τὴν ἡμέραν. Ἔπειθ' οἱ νόμοι, καθ' οὓς ἕκαστοι πολιτεύομφοι τυγχάνουσιν. Ἔτι δ' ἡ παῤῥησία, & τὸ φανερῶς ἐξεῖναι τοῖς τε φίλοις ἐπιπλῆξαι, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐπιθέσθαι [3] ταῖς ἀλλήλων ἁμαρτίαις. Πρὸς ἢ τούτοις, τινὲς καὶ τ̃ ποιητῶν τ̃ προγεγομμένων ὑποθήκας ὡς χρὴ ζῆν καλαλελοίπασιν. Ὡς'

sunt nimis aperte non donum *dare*, sed mercaturam facere, & multo artificiosius res illas vendere, quam qui se cauponari profitentur. Ego autem existimarem hoc donum esse pulcherrimum, & utilissimum, & quod maxime conveniret tam mihi qui darem, quam tibi qui acciperes; si possem describere qualia studia appetendo, & a qualibus rebus abstinendo, optime & urbem & regnum administres. Privatos enim multa sunt quæ erudiant, idque vel maxime quidem, quod non in luxu vitam agant, sed cogantur victûs gratiâ singulis diebus *quasi* decertare. Deinde leges, sub quibus singuli in republicâ degunt. Præterea libertas loquendi, & quia amicis liceat aperte reprehendere, & inimicis peccata invicem adoriri. Adhæc vero quidam etiam Poetarum veterum præcepta quomodo vivere opor-

[1] Desunt Ἐγὼ δ' MS. Coll. N. [2] εἶναι MS. Coll. N. [3] Desunt ταῖς ἀλλ' ἁμαρτίαις MS. Bodl. & Harl.

ἐξ ἁπάντων τούτων εἰκὸς αὐτὰς βελτίους γίνεσθαι. Τοῖς γὰρ τυράννοις οὐδὲν ὑπάρχει τοιοῦτον· [1] ἀλλ' ὡς μᾶλλον ἔδει τῶν ἄλλων παιδεύεσθαι, ἐπειδὰν εἰς τὴν ἀρχὴν καθισταθῶσιν, ἀνεθέτηλοι διαφερόντως εἰσίν. Οἱ μὲν γὰρ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων αὐτοῖς οὐ πλησιάζουσιν· οἱ δὲ ζῶντες πρὸς χάριν ὁμιλοῦσιν. Καὶ γάρ τοι κύριοι [2] γιγνόμενοι χρημάτων πλείστων, καὶ πραγμάτων μεγίστων· διὰ τὸ μὴ καλῶς χρῆσθαι ταύταις τῇ ἀφορμαῖς, πεποιήκασιν ὥστε *πολλοὺς ἀμφισβητεῖν, πότερόν ἐστιν ἄξιον ἑλέσθαι τὸν τοῦ ἰδιωτεύοντος μὲν, † ἐπιεικῶς δὲ πράττοντος, ἢ τὸν τοῦ τυραννεύοντος. Ὅταν μὲν γὰρ ἀποβλέψωσιν εἰς τὰς τιμὰς, καὶ τοὺς πλούτους, καὶ τὰς δυναστείας, ἰσοθέους ἅπαντας νομίζουσι τοὺς ἐν ταῖς μοναρχίαις ὄντας. Ἐπειδὰν

teat reliquerunt. Adeo ut ex hiſce omnibus veriſimile ſit ipſos fore meliores. Regibus vero nihil tale ſuppetit; ſed quos oporteret magis quam alios erudiri, ii ſimul atque in principatu conſtituti ſunt, ſine monitore vitam agunt. Hominum enim plerique ad ipſos non accedunt; qui vero ipſis ſunt propinqui ut gratiam ineant ſolummodo verſantur. Proinde opum plurimarum potentes facti, & negotiorum maximorum; propterea quod non recte hiſce occaſionibus uſi ſint, fecerunt ut dubitarent multi, utrum magis expediret vitam eligere privatorum quidem, ſed recte degentium, quam tyrannorum. Quum enim reſpexerint ad honores, & divitias, & potentiam, Diis pares cenſent omnes qui in monarchico imperio ſunt collocati. Si

[1] ἀλλ' ὡς ἔδει παιδεύεσθαι μᾶλλον τῶν ἄλλων MSS. Harl. [2] γιγνόμενοι MS. Bodl.

* πολλοὺς ἀμφισβητεῖν] Scilicet τῶν εὐφρονούντων. *W.*

† ἐπιεικῶς δὲ πραττόντων] Referri hoc poteſt vel ad morum modeſtiam, vel ad fortunarum mediocritatem, id quod magis probo. *W.*

ἂν ᾖ ἐνθυμηθῶσι τὰς φόβας καὶ τὰς κινδύνους, * καὶ διεξιόντες λόγῳ τὰς μὴ ὑφ' ὧν ἥκιστα ἔχρῃν διεφθαρμένους, τοὺς δ' εἰς τοὺς οἰκειοτάτους ἐξαμαρτεῖν ἠναγκασμένους, τοῖς δ' ἀμφότερα ταῦτα συμβεβηκότα· πάλιν ὁπωσοῦν ζῆν ἡγοῦνται λυσιτελεῖν μᾶλλον, ἢ μὴ τοιούτων συμφορῶν ἁπάσης τῆς Ασίας βασιλεύειν. † Ταύτης δὲ τῆς ἀνωμαλίας καὶ ‡ τῆς ταραχῆς αἴτιόν ἐστιν, ὅτι τὴν βασιλείαν ‖ ὥσπερ [1] ἱερωσύνην πάντες ἀνδρὸς εἶναι νομίζουσιν, ὃ [2] τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων μέγιστόν ἐστι, καὶ [3] πλεῖον ἢ προ-

mul ac vero timores animo perpenderint & pericula, & *animo* percurrentes invenerint alios quidem ab iis a quibus minime deceret perditos, alios vero in ſibi conjunctiſſimos peccare coactos, aliis autem hæc utraque accidiſſe; iterum quamcunque vitæ rationem inire magis expedire cenſent, quam cum talibus calamitatibus Aſiæ univerſæ imperare. Hujus autem opinionum diverſitatis & perturbationis in causâ hoc eſt, quod regnum, tanquam ſacerdotium, hominis cujuſque eſſe exiſtiment, quod *tamen* inter res humanas maximum quiddam eſt, & quod maximâ indigeat pro-

[1] ἱερωσύην apud Aldum & H. Steph. [2] πάντων τῶν MS. Bodl.
[3] πλείονος MS. Bodl. & Coll. N.

* καὶ διεξιόντες] Scilicet παρ' ἑαυτοῖς: hoc eſt λογιζόμενοι ἢ ἐνθυμούμενοι. Niſi quis malit ſubintelligere τὰς ἱστορίας, ut ſit διεξιέναι idem quod ἀναγινώσκειν. *W.*

† Ταύτης δὲ τῆς ἀνωμαλίας] Sc. τῆς ὑπολήψεως περὶ τὸν τυραννικὸν βίον *Tam diverſi & repugnantis ſibi judicii.* Nihil vetare videtur, quo minus ἀνωμαλίαν per διαστροφὴν, id eſt *perverſitatem* interpreteris, quâ & a naturæ præſcripto & officii regulâ diſceditur. *W.*

‡ τῆς ταραχῆς] Sc. τὸν τυραννικὸν βίον. Nam prius vocabulum ad opiniones hominum eâdem de re diverſas; poſterius ad tragicos regum eventus refertur. *W.*

‖ ὥσπερ ἱερωσύνην] Videtur hoc intelligendum non tam de illis ſacerdotibus, qui ſacra per omnem ætatem curabant, quam de iis qui ſorte apud Athenienſes reges ſacrificuli & pontifices deſignabantur, nec quicquam fere præſtabant aliud, quam quod in pompâ ſacrorum illuſtri ornatu ſe ſpectandos præberent. *W.*

νοίας δεόμενον. * Καθ' ἑκάστων μὲν ἓν πρᾶξιν, ἐξ ὧν ἄ
τις μάλιστα δυνατὸν κρῖναι τρόπον διοικεῖν, καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ
διαφυλάττειν, τὰς δὲ συμφορὰς διαφεύγειν, τῶν ἀεὶ παρ
όντων ἔργον ἐστὶ συμβουλεύειν. Καθόλου δὲ τῶν ἐπιτηδευμάτω
ὧν χρὴ σοχάζεσθαι, καὶ πρὸς ἃ δεῖ διαλέγειν, ἐγὼ πειρά
σομαι διελθεῖν. Εἰ μὲν ἔν ἔσται τὸ δῶρον ἐξειργασθὲν ἄξιο
τῆς ὑποθέσεως, χαλεπὸν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ζητεῖν. Πολλὰ
γὰρ καὶ τῶν ἐμμέτρων ποιημάτων, καὶ τῶν καταλογάδην συγ
γραμμάτων, ἔτι μὲν ἐν ταῖς διανοίαις ὄντα τῶν ζητουμέν
των, μεγάλας τὰς προσδοκίας παρέσχεν· ἐπιτελεσθέντα
δὲ, καὶ τοῖς ἄλλοις [1] ὑποδεικθέντα, πολὺ καταδεεστέραν
τὴν δόξαν τῆς ἐλπίδος ἔλαβεν. Οὐ μὴν ἀλλὰ [2] καὶ
τό γε ἐγχείρημα καλῶς ἔχει, τὸ ζητεῖν τὰ παραλελειμ-

videntiâ. Ac in ſingulis quidem actionibus, quorum ope quis potiſſimum poſſit recte res adminiſtrare, & bona quidem conſervare, calamitates vero evitare, eorum munus eſt conſilium dare, qui *tibi* ſemper præſto ſunt. In genere vero ſtudia ea, ad quæ velut ad ſcopum collimare oportet, & quibus immorari, ego conabor percurrere. An vero donum cum fuerit abſolutum, ſubjecto dignum fuerit, difficile eſt ab initio perſpicere. Multa enim & Poematum metro confectorum, & librorum proſâ oratione conſcriptorum, dum adhuc quidem in componentium mentibus fuerunt, maximas *de ſe* expectationes concitârunt; perfecta vero & aliis monſtrata, gloriam ſunt adepta multo minorem ſpe. Atqui tamen hoc conamen præclarum eſt, ut *ſc.* quæramus *ab aliis* prætermiſſa,

[1] ἐπιδεικθέντα MS. Harl. [2] τὸ ἐγχειρ. MS. Bodl. & Coll. N.

* Καθ' ἑκάστην μὲν ἓν πρᾶξιν] Niſi βραχυλογία Græca excuſaret, legerem ταῦτ' ἐξ ὧν, & paulo poſt, Καθόλου δὲ ὧν ἐπιτηδευμάτων χρὴ σοχάζεσθαι, niſi ἀνεπιτρώσεως φάρμακον occurreret. *W. in Caſt.*

μένα,

μία, καὶ νομοθετεῖν ταῖς μοναρχίαις. Οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἰδιώτας παιδεύοντες, ἐκείνους μόνους ὠφελοῦσιν. Εἰ δέ τις τοὺς κρατοῦντας τοῦ πλήθους ἐπ' ἀρετὴν προτρέψειεν, ἀμφοτέρους [1] ἂν ὠφελήσειε, καὶ τοὺς τὰς δυναστείας ἔχοντας, καὶ τοὺς ὑπ' [2] αὐταῖς ὄντας· τοῖς μὲν γὰρ ἂν τὰς ἀρχὰς ἀσφαλεστέρας, τοῖς δὲ τὰς πολιτείας πρᾳοτέρας ποιήσειεν.

Πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον, τί τὸ βασιλεύοντων ἔργον ἐστίν. [3] Ἐὰν γὰρ τὸ κεφάλαιον, καὶ τὴν δύναμιν ὅλου τοῦ πράγματος καλῶς περιλάβωμεν· ἐνταῦθα ἀποβλέποντες, ἄμεινον καὶ περὶ τῶν ἄλλων μερῶν ἐροῦμεν. Οἶμαι δὴ πάντας ἂν ὁμολογῆσαι, προσήκειν αὐτοῖς, πόλιν τε δυσυχοῦσαν παῦσαι, καὶ καλῶς πραττομένην διαφυλάξαι, καὶ μεγάλην ἐκ μικρᾶς ποιῆσαι. Τὰ γὰρ ἄλλα τὰ καθ'

monarchiisque *velut* leges præscribamus. Nam qui privatos erudiunt, illis solis prosunt. Si quis vero populi potentes ad virtutem deflexerit, utrisque profuerit, cum potentiam habentibus, tum iis qui ipsis sunt subjecti: nam illis potestatem tutiorem, his in civitate degendi conditionem leniorem effecerit.

Primum igitur considerandum est, quodnam eorum qui regnant sit officium. Si enim summam & totius rei vires *quæ sint* recte *animo* complexi fuerimus; illuc respicientes melius etiam de aliis partibus dicemus. Arbitror equidem omnes fateri quod ipsis conveniat, cum efficere ut civitas a miseriis liberetur, tum ita ipsam conservare ut feliciter rem agere pergat, & magnam ex parvâ reddere. Nam

[1] Deest ἂν MS. Coll. N. [2] αὐτοῖς MS. Harl. & apud Ald.

[3] Ἐὰν γὰρ ἐν κεφαλαίοις περιλάβωμεν ὅλην τὴν δύναμιν τοῦ πράγματος, καλῶς ἐνταῦθ' ἀπ' MS. Bodl. Ἐὰν γὰρ ἐν κεφαλαίοις τὴν δυν. ὅλου τοῦ πρ. καλῶς περιλάβωμεν. MS. Harl.

ἑκάστῳ ἡμέραν ζυμπίπτοντα, τούτων ἕνεκα πρακτέον ἐστί. Καὶ μὲν ἐκεῖνό γε φανερὸν, ὅτι δεῖ τοὺς ταῦτα διωκησομένους, καὶ περὶ τούτων βουλευσομένους, μὴ ῥαθυμεῖν· ἀλλὰ σκοπεῖν, ὅπως φρονιμώτερον διακείσονται τῶν ἄλλων. Δέδεικται δὲ, ὅτι τοιαύτας ἕξουσι τὰς βασιλείας, οἵας περ ἂν τὰς αὐτῶν γνώμας παρασκευάσωσιν. Ὥστε οὐδενὶ τῶν ἀθλητῶν ἄτοπον προσήκει τὸ σῶμα γυμνάζειν, ὡς πρὸς βασιλεῦσι τῷ ψυχῇ τῇ ἑαυτῶν. Ἅπασαι γὰρ αἱ πανηγύρεις ἀθλοθέτην τίθεασιν τούτων τῶν ἄθλων, ὑπὲρ ὧν ὑμεῖς καθ' ἑκάστην ἀγωνίζεσθε τὴν ἡμέραν. * Ὧν ἐνθυμούμενον χρὴ προσέχειν τὸν νοῦν, ὅπως ὅσον περ τιμαῖς τῶν ἄλλων προέχεις, τοσοῦτον καὶ τῇ δόξῃ αὐτῶν διοίσεις. Καὶ μὴ νόμιζε, τὴν ἐπιμέλειαν ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις πράγμασι χρησίμην εἶναι, πρὸς δὲ τὸ βελτίους ἡμᾶς καὶ

cætera, quæ quotidie accidunt, horum gratiâ facienda ſunt. Et quidem illud manifeſtum eſt, quod hæc agere qui poterunt, & qui de hiſce deliberabunt, oporteat non ſocordes eſſe; ſed ſpectare quomodo prudentiores aliis ſint. Certum eſt enim talia eos regna habituros, quales ipſorum animos effecerint. Quare nemini ex athletis ita convenit corpus exercere, ut regibus ipſorum mentem. Nam ludorum congreſſus univerſi nullam præmiorum illorum partem ſtatuunt, pro quibus vos quotidie decertatis. Quæ conſiderantem *te* oportet animum intendere, ut, quanto aliis honore præſtas, tanto etiam virtutibus eos ſuperaveris. Neque cenſeas curam in aliis quidem rebus utilem eſſe,

Τις ἂν μᾶλλον ὅτι τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν εὐσέβειαν προτρέψαιτο, καθ' ἕκαστόν τε ἄνδρα ἰδίᾳ, καὶ κοινῇ τὰς πόλεις ὅλας, τοῦ περὶ τῆς εἰρήνης λόγου; Ἐν ᾧ δὴ τούτῳ πείθει τοὺς Ἀθηναίους, τὴν μὲν ἀλλοτρίων μὴ ἐπιθυμεῖν, ὅτι ἢ τοῖς παροῦσι χέρνειν· καὶ τὴν μὲν μικρῶν πόλεων ὥσπερανεὶ κτημάτων φείδεσθαι, τοὺς δὲ συμμάχους εὐνοίᾳ τε καὶ εὐεργεσίαις περιέπειν κατέχειν, ἀλλὰ μὴ τὴν ἀνάγκαις, μηδὲ τὴν βίαις· τὴν δὲ προγόνων μιμεῖσθαι μὴ τοὺς πρὸ τῶν Δεκελεικῶν γενομένους, οἳ μικρὰν ἐδέησαν ἐκπολέσαι τὴν πόλιν· ἀλλὰ τοὺς πρὸ τῶν Περσικῶν, οἳ καλοκἀγαθίαν ἀσκοῦντες διετέλεσαν. Ἐπιδείκνυταί τ' ὡς οὐχ αἱ πολλαὶ τριήρεις, οὐδ' οἱ μὴ βίᾳ ἀρχόμενοι Ἕλληνες μεγάλην ποιοῦσι τὴν πόλιν· ἀλλ' αἱ δίκαιαί τε προαιρέσεις, καὶ τὸ τοῖς ἀδικουμένοις

Quisnam *vel quænam oratio* vehementius ad juſtitiam *colendam* & pietatem adhortari poſſit, cum ſingulos homines privatim, tum publice totas civitates, quam de Pace *ſcripta* Oratio? In hâc enim Athenienſibus ſuadet, ne aliena quidem appetant, præſentibus vero *bonis* ſint contenti: & ut parvis quidem urbibus tanquam *ſuis* poſſeſſionibus parcant, conentur vero ſocios *in officio* continere benevolentiâ & beneficiis, non autem neceſſitate, nec vi: e majoribus autem ut imitentur non eos qui ante bellum *(vel obſidionem)* Decelicum fuerunt, qui *quidem* propemodum civitatem everterant: ſed eos qui ante Perſica bella *fuerunt*, qui honeſtatem probitatemque exercere nunquam deſtiterunt. Oſtendit porro quod non multæ triremes, nec Græci ſub imperio vi retenti magnam efficiant civitatem: verum & juſta conſilia, & injuriam paſſis præſtitæ

βοηθεῖν.

βοηθεῖν. Παρακαλεῖ τε ἡ τῶν Ελλήνων εὔνοιαν οἰκείαν ποιεῖν τῇ πόλει, μεγίστῳ ἡγεμόνι πρὸς εὐδαιμονίαν· καὶ πολεμικὰς μὲν εἶναι τὰς παρασκευὰς καὶ τὰς μελέτας, εἰρηνικὰς δὲ τῷ μηδένα μηδὲν ἀδικεῖν· διδάσκων, ὡς ὅτε πρὸς πλοῦτον, ὅτε πρὸς δόξαν, ὅθ' ὅλως πρὸς εὐδαιμονίαν, ἀφ' ὧν ἂν συμβάλοιτο τηλικαύτην δύναμιν, ἔστιν ἀρετὴ καὶ τὰ μέρη ταύτης· καὶ τοῖς μὴ ταὐτὰ ὑπειληφόσιν ἐπιτιμῶν, οἳ τὴν μὲν ἀδικίαν κερδαλέαν ἡγοῦνται, καὶ πρὸς τὸν βίον τὸν καθ' ἡμέραν συμφέρουσαν, τὴν δὲ δικαιοσύνην ἀλυσιτελῆ, καὶ μᾶλλον ἑτέροις ἢ τοῖς ἔχουσιν ὠφέλιμον. Τούτων γὰρ οὐκ οἶδ' εἴ τις ἂν βελτίους, ἢ ἀληθεστέρους, ἢ μᾶλλον πρέποντας φιλοσοφίᾳ δυνάιτο λόγους εἰπεῖν.

ſuppetiæ. Hortaturque ut Græcorum benevolentiam urbi familiarem *vel propriam* faciant *ſeu concilient*, dum *ipſam* cenſet plurimum conferre poſſe ad felicitatem: & ut bellicoſi ſint apparatu & diligentiâ, pacis autem ſtudioſi dum neminem unquam injuriis afficiunt: *hoc autem ſuadet* dum doceat, quod nec ad opes *parandas*, nec ad gloriam, nec omnino ad felicitatem, quicquam tantas vires habeat *vel conferre poſſit*, quantas virtus ejuſque partes: eoſque reprehendat, qui non idem ſentiunt, qui injuſtitiam quidem quæſtuoſam eſſe exiſtiment, & ad vitam quotidianam utilem, juſtitiam vero incommodam, & aliis potius quam ipſâ præditis conducibilem. Equidem ignoro, an quiſquam hiſce meliores orationes, vel veriores, vel philoſophiæ magis conſentaneas habere poſſit.

# ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ

## *ΠΕΡΙ ΕΙΡΗΝΗΣ ΛΟΓΟΣ, ΗΣΥΜΜΑΧΙΚΟΣ.

ΑΠΑΝΤΕΣ μὲ εἰώθασιν, οἱ παρόντες ἐνθάδε, ταῦτα μέγιστα φάσκειν εἶναι, καὶ μάλιστα πάσδης ἄξια τῇ πόλει, περὶ ὧν ἂν αὐτοὶ μέλλωσι συμβουλεύειν. Οὐ μὴν ἀλλ', εἰ καὶ περὶ ἄλλων τινῶν πραγμάτων ἥρμοζε τοιαῦτα προοιμιάζειν, δοκεῖ μοι πρέπειν καὶ περὶ τῶν νυνὶ παρ-

# ISOCRATIS

## DE PACE sive SOCIALIS ORATIO.

SOLENT quidem omnes, qui huc *ad concionandum* accedunt, ea maxima esse dicere, & maxime digna quæ curet civitas, de quibus ipsi consilium sunt daturi. Verum si de ullis aliis rebus hæc præfari convenit, mihi videtur convenire etiam de rebus præsen-

ᵗ In Cod. Coll. N. desunt ἢ συμμ.

* ΠΕΡΙ ΕΙΡΗΝΗΣ] Fuggeranus codex addit συμβουλευτικός. Ab Aristotele citatur συμμαχικός. *W. in Cast.*

εἶναι

ὄντων πραγμάτων ἐνθεῦθεν ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν. Ἥκομεν γὰρ ἐκκλησιάσοντες περί τε πολέμου καὶ εἰρήνης· ἃ μεγίστην ἔχει δύναμιν ἐν τῷ βίῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων, καὶ περὶ ὧν ἀνάγκη τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους, ἄμεινον τῶν ἄλλων πράττειν. Τὸ μὲν οὖν μέγεθος ὑπὲρ ὧν σκοπούμεθα, τηλικοῦτόν ἐστιν. Ὁρῶ δ' ὑμᾶς οὐκ ἐξίσου τῶν λεγόντων τὴν ἀκρόασιν ποιουμένους· ἀλλὰ τοῖς μὲν προσέχοντας τὸν νοῦν, τοῖς δ' ἤδη τὴν φωνὴν ἀνεχομένους. Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν ποιεῖτε. Καὶ γὰρ τὸν ἄλλον χρόνον εἰώθατε πάντας τοὺς ἄλλους ἐκβάλλειν, πλὴν τοὺς συναγορεύοντας τοῖς ὑμετέραις ἐπιθυμίαις. Ὃ καὶ δικαίως ἄν τις ὑμῖν ἐπιτιμήσειεν, ὅτι συνειδότες πολλοὺς καὶ μεγάλους οἴκους ὑπὸ τῶν κολακευόντων ἀνατραπέντας γεγενημένους, καὶ μισοῦντες ἐπὶ τοῖς ἰδίοις τοὺς ταύτην ἔχοντας τὴν γνώμην, ἐπὶ τῶν κοινῶν οὐχ ὁμοίως διάκεισθε πρὸς αὐτούς· ἀλλὰ καταγορεύοντες τῶν προσιεμένων, καὶ χαιρόντων τοῖς τοιούτοις, αὐτοὶ φαίνεσθε

tibus hinc exordium ſumere. Huc enim advenimus deliberaturi de BELLO & PACE; quæ res maximas in vitâ hominum vires habent, & de quibus ii qui recte conſulunt neceſſe eſt feliciores ut ſint aliis. Earum igitur rerum magnitudo, de quibus *deliberaturi* convenimus, tanta eſt. Vos autem video eos qui loquuntur non pari modo *omnes* audire; ſed aliis quidem animo attento auſcultare, aliorum vero ne vocem quidem tolerare. Et nihil miri facitis. Nam & ſuperiori tempore ſoliti fuiſtis alios omnes ejicere, præter eos qui veſtris cupiditatibus aſſentirentur. Quâ de causâ jure aliquis vos reprehenderit, quod cum ſciatis multas & magnas familias ab adulatoribus ſubverſas eſſe, & in privatis rebus eos oderitis qui hoc animo ſunt, in republicâ eodem erga eos non ſitis animo: ſed cum reprehendatis iſtos qui viros hujuſ-

μᾶλλον

μᾶλλον τούτοις πιστεύοντες, ἢ τοῖς ἄλλοις πολίταις. *Καὶ γὰρ αὐτοὶ πεποιήκατε τὰς ῥήτορας μελετᾶν † καὶ φιλοσοφεῖν, ἃ τὰ μέλλοντα τῇ πόλει σωίσειν, ἀλλ' ὅπως ἀρέσκοντας ὑμῖν λόγους ἐροῦσιν, ἐφ' οἷς καὶ νῦν τὸ πλῆθος αὐτῶν συνέρρυηκεν. Ἅπασι γάρ ἐστι φανερὸν, ὅτι μᾶλλον ἥδεσθε τοῖς παρακαλοῦσιν ‡ ὑμᾶς ἐπὶ τὸν πόλεμον, ἢ τοῖς περὶ τῆς εἰρήνης συμβουλεύουσιν. Οἱ μὲν γὰρ προσδοκίαν ἐμποιοῦσιν, ὡς καὶ ‡ τὰς κτήσεις τὰς ἐν ταῖς πόλεσι κομιούμεθα, καὶ τὴν δύναμιν ἀναληψόμεθα πάλιν, ἣν καὶ πρότερον ἐτυγχάνομεν ἔχοντες· οἱ δ' οὐδὲν τοιοῦτο προτείνουσιν, ἀλλ' ὡς ἡσυχίαν ἔχειν δεῖ, καὶ μὴ μεγάλων ἐπιθυμεῖν παρὰ τὸ δίκαιον, ἀλλὰ χαίρειν τοῖς παροῦσιν, ὃ χαλεπώτατον

modi admittunt, & iis gaudent, vos ipſos conſtet plus illis credere, quam reliquis civibus. Nam voſmet ipſi effeciſtis ut Oratores meditentur, & elaborent ea dicere, non quæ ſint civitati profutura, ſed ut orationes vobis gratas habeant, ob quas ipſorum multitudo jam confluxit. Omnibus enim manifeſtum eſt vos iis magis delectari qui vos ad bellum adhortentur, quam qui ut pacem ſtabiliatis ſuadeant. Nam illi quidem ſpem faciunt nos recepturos poſſeſſiones illas quas in urbibus *prius tenuimus*, & potentiam recuperaturos, quam prius tenuimus: hi vero nihil ejuſmodi prætendunt, ſed *aiunt* quod oporteat quietos eſſe, nec res magnas præter jus cupere, ſed iis quæ adſunt contentos eſſe, quod pleriſque hominibus

‡ ἡμᾶς in Cod. Coll. N.

* Καὶ γὰρ αὐτοὶ] Malim legere Καὶ γάρ τοι. *W.*

† καὶ φιλοσοφεῖν] Αντὶ τοῦ πονεῖσθαι φάσκειν. Ισοκράτης περὶ τῆς εἰρήνης καὶ Μένανδρος Θρασυλέοντι,

Φιλοσοφεῖ δὲ τοῦτο, ὅπως καλαπράξηται τὸν γάμον. *Harp.*

‡ τὰς κλήσεις τὰς ἐν ταῖς πόλεσι] Neſcio ubi annotatum vidi, τὰς ἐν τῇ Ασίᾳ. *W. in Caſt.*

παῖσιν

πάντων τοῖς πλείστοις τῶν ἀνθρώπων ἐστίν. Οὕτω γὰρ ἐξηρτήμεθα τῶν ἐλπίδων, καὶ πρὸς τὰς δοκούσας * εἶναι πλημμελείας ἁπλήστως ἔχομεν, ὡς οὐδ' οἱ κεκτημένοι τὰς μεγίστας πλούτους, μᾶλλον ἐπὶ τούτοις ἐθέλουσιν ἀλλ' ἀεὶ τι πλέον ὀρεγόμενοι, καὶ περὶ τῶν ὑπαρχόντων κινδυνεύουσιν. † Ὅπερ ἄξιόν ἐστι δεδιέναι, μὴ καὶ νῦν ἡμεῖς ἔνοχοι γενώμεθα ταύταις ταῖς ἀνοίαις. Λίαν γάρ τινές μοι δοκοῦσιν ὡρμῆσθαι πρὸς τὸν πόλεμον, ὥσπερ οὐ τῶν τυχόντων συμβεβουλευκότων, ἀλλ' ὡς τῶν Θεῶν ἀκηκοότες, ὅτι καὶ κατορθώσομεν ἅπαντα, καὶ ῥᾳδίως τῶν ἐχθρῶν ὑπερησόμεθα. Χρὴ δὲ τοὺς νῦν ἔχοντας, περὶ μὲν ὧν ἴσασι μὴ βουλεύεσθαι (περίεργον γὰρ) ἀλλὰ πράττειν τ ‡ ὧν ἐγνώ-

omnium *factu* difficillimum eſt. Sic enim a ſpe *plerique* pendemus, & ad eas res, quæ lucri quamvis inhoneſti ſpeciem præ ſe ferunt, ita inſatiabili cupiditate ferimur, ut ne ii quidem qui maximas poſſident divitias, iis *contenti* manere velint: ſed ſemper majus quiddam dum appetunt, etiam de iis quæ adſunt periclitentur. Quare metuendum eſt, ne & nos jam in eandem imprudentiam incidamus. Quidam enim mihi videntur in bellum nimis incitari, quaſi audirent non conſultores quoſvis plebeios, ſed etiam Deos ipſos *pollicentes nempe* nos omnia feliciter acturos, & hoſtes facile ſuperaturos. Oportet vero eos qui mente præditi ſunt, non de iis deliberare quæ ſciunt (hoc enim fuerit ſupervacaneum) ſed ea agere quæ de-

[1] ὡς in Cod. Coll. N.

* εἶναι πλημμελείας] Rectius legi videtur πλεονεξίας, ut ea vox non avaritiam injuſtamque cupidinem, ſed commoda &c. ſignificet. *W.*

† Ὅπερ ἄξιόν ἐστι] Malim διόπερ. *W. in Caſt.*

‡ ὧν ἐγνώκασι] Si ſcriptura non falli, ἀλλοίωσις eſt, pro ἃ ἐγνώκασι, ut ὧν ἐνθυμούμενον, ad vitandum vocalium concurſum uſurpata. Sed malo legere ὡς. *W.*

κασι· περὶ ὧν δ' ἂν βουλεύωνται, μὴ νομίζειν εἰδέναι τὸ συμβησόμενον, ἀλλ' ὡς δόξῃ μὲν χρωμένους, ὅ,τι ἂν τύχῃ γενησόμενον, * ὕτω διανοεῖσθαι περὶ αὐτῶν. Ὧν ὑμεῖς οὐδέτερον τυγχάνετε ποιοῦντες, ἀλλ' ὡς οἷόν τε ταραχωδέσατα διάκεισθε. Σωβηλύθατε μὲ γὰρ, ὡς δεῖν ὑμᾶς ἐξ ἁπάντων τῶν ῥηθέντων ἐκλέξασθαι τὸ βέλτιστον· ὥσπερ δ' ἤδη σαφῶς εἰδότες ὃ πρακτέον ἐστὶν, οὐκ ἐθέλετε ἀκούειν, πλὴν τῶν πρὸς ἡδονὴν δημηγορούντων. Καίτοι προσῆκεν ὑμᾶς, εἴ περ ἠβούλεσθε ζητεῖν τὸ τῇ πόλει συμφέρον, μᾶλλον τοῖς ἐναντιουμένοις ταῖς [1] ὑμετέραις γνώμαις προσέχειν τὸν νοῦν, ἢ τοῖς καταχαριζομένοις· εἰδότας, ὅτι τῶν ἐνθάδε πραττόντων, οἱ μὲν ἃ βέλεσθε λέγουσιν,

creverint: *eorum* vero, de quibus conſultant, eventum ſe ſcire non arbitrari, ſed quaſi conjecturâ utentes *circa* id quodcunque forte evenerit, ita de iis rebus ſentire. Quorum neutrum voſmet facitis, ſed quam tumultuoſiſſime agitis. Conveniſtis enim, quaſi vos oporteret ex omnibus quæ dicuntur eligere id quod optimum ſit: tanquam vero ſatis jam noveritis quid faciendum ſit, non niſi eos qui ad gratiam concionantur audire vultis. Atqui voſmet deceret, ſi quidem velletis id quod urbi expediat quærere, ad eos potius animum advertere, qui veſtris ſententiis adverſantur, quam ad eos qui aſſentantur: cum ſciatis, quod ex his qui huc ad concionandum veniunt, i'li quidem qui ea quæ vultis dicunt, facile poſſint deci-

[1] ἡμιτ. in Cod. Coll. N.

* ὕτω διανοεῖσθαι περὶ αὐτῶν] Iſocraticum eſt, hanc particulam in collocare in fine periodi. Ordo verborum hic eſt: χρὴ ὕτω διανοεῖσθαι περὶ αὐτῶν, ὡς δόξῃ μὲν χρωμένους· γενησόμενον δὲ ὅ,τι ἂν τύχῃ. Τὸ δόξῃ χρῆσθαι eſt δοξάζειν καὶ οἴεσθαι. Γενησόμενον, eſt ἀνίπτωσις ἀπὸ τοῦ γενησομένου· ut mox δέον pro ὡς δέον, ὡς ἂν δέῃ. *W.*

ῥᾳδίως

ῥαδίως ἐξαπατᾶν δυνασθαι· τὸ γὰρ πρὸς χάριν ῥηθὲν, ἐπισκοτεῖ τῷ καθορᾶν ὑμᾶς τὸ βέλτιστον· ὑπὸ ἢ τῶν μὴ πρὸς ἡδονὴν συμβαλλόντων, οὐδὲν ἂν πάθοιτε τοιοῦτον. Οὐ γάρ ἐστιν, ὅπως ἂν μεταπεῖσαι δυνηθεῖεν ὑμᾶς, μὴ φανερὸν τὸ συμφέρον ποιήσαντες. Χωρὶς ἢ τούτων πῶς ἂν ἄνθρωποι καλῶς δυνηθεῖεν, ἢ κρῖναι περὶ τῶν γεγυμνασμένων, ἢ βουλεύσασθαι περὶ τῶν μελλόντων, εἰ μὴ τὸς μὲ λόγους [1] τῶν ἐναντιωμένων ἀλλήλοις ἐξετάζοιεν, αὐτοὶ ἢ αὐτὸς κοινὸς [2] ἀμφοτέροις ἀκροατὰς παρέχοιεν; Θαυμάζω ἢ τ πρεσβυτέρων, εἰ μηκέτι μνημονεύουσι, καὶ τῶν νεωτέρων, εἰ μηδενὸς ἀκηκόασιν, ὅτι διὰ μὲ τὸς παραινέντας ἀντέχεσθ τ εἰρήνης, οὐδὲν πώποτε κακὸν ἐπάθομεν· διὰ ἢ τὸς ῥαδίως τ πόλεμον ἀναιρεμένους, πολλαῖς ἤδη κ μεγάλαις συμφοραῖς περιεπέσομεν· Ων ἡμεῖς

pere: quod enim ad gratiam dictum eſt, vobis ne id quod optimum eſt videatis tenebras offundit: ab iis vero qui non ad jucunditatem parandam conſulunt, nihil tale vobis evenerit. Non enim poſſibile eſt ut vos a ſententiâ poſſint abducere, niſi utilitatem clare demonſtraverint. Præterea, quomodo fieri poteſt ut homines aut de factis recte judicent, aut de futuris deliberent, niſi adverſantium orationes juxta ſe invicem poſitas explorent, ipſique ſe communes *ſeu æquos* utriſque præbeant auditores? Miror autem ſeniores, ſi non amplius meminerint, & juniores, ſi a nemine audiverint, quod per eos quidem qui pacem retinendam monuerunt, nihil unquam mali paſſi ſimus: per eos vero qui facile bella ſuſceperunt, multis jam & magnis calamitatibus inciderimus. Quo-

[1] τὸς τῶν ἐν. in Cod. Coll N. Ald. H. Steph. & aliis. [2] ἀμφοτέρους in Cod. Coll. N.

ἐδημίαν

ἀδεμίαν ποιούμεθα μνείαν· ἀλλ' ἑτοίμως ἔχομεν, * μηδὲν εἰς τὸ μπροσθεν ἡμῖν αὐτοῖς περάτλουσες, τριήρεις πληροῦν, καὶ χρημάτων εἰσφορὰς ποιεῖσθαι, καὶ βοηθεῖν καὶ πολεμεῖν οἷς ἂν τύχωμεν, ὥσπερ ἐν ἀλλοτρίᾳ τῇ πόλει κινδυνεύοντες. Τούτων δ' αἴτιόν ἐστιν, ὅτι προσῆκεν ὑμᾶς ὁμοίως ὑπὲρ τ κοινῶν, ὥσπερ ὑπὲρ τ ἰδίων ἀγωνιᾶν· ὑμεῖς δ' ὑ τοῦ αὐτοῦ γνώμου ἔχετε περὶ αὐτῶν. Ἀλλ' ὅταν μ ὑπὲρ τ ἰδίων βουλεύησθε, ζητεῖτε συμβούλους τοὺς ἄμεινον φρονοῦντας ὑμῶν αὐτῶν· ὅταν δ' ὑπὲρ τ τ πόλεως συνεδριάζητε, τοῖς μ τοιούτοις ἀπιστεῖτε, καὶ φθονεῖτε, τοὺς δ [1] πονηροτάτους τ ἐπὶ τὸ βῆμα παριόντων ἐπαινεῖτε· καὶ

rum nos nullam memoriam retinemus; ſed prompti ſumus, quanquam nihil commodi exinde nobis paremus (*vel quanquam nihil prius quod nobis uſui ſit comparavimus*) triremes implere, & pecuniarum exactiones facere, & auxiliari & bellum inferre quibuſlibet, tanquam in alienâ urbe *de ſummâ rerum* periculum facientes. Horum autem cauſa hæc eſt, quod vos decuit pari modo de rebus civitatis ſolicitos eſſe, ac de privatis: vos autem erga illas non eodem eſtis animo affecti. Sed quando de privatis quidem rebus deliberatis, conſultores eos quæritis qui vobis ipſis ſapientiores ſunt; quum vero de republicâ conveniſtis, talibus quidem diffiditis & invidetis, eorum vero qui

[1] πονηρὸς apud Ald. & in Cod. Coll. N.

* μηδὲν εἰς τὸ μπροσθεν ἡμῖν αὐτοῖς περ.] Alii aliter interpretantur: ſed haud dubie ſententia eſt, μηδὲν προκοπτούσες διὰ τούτων, καὶ μηδὲν ὠφελούμενοι. In Epiſtolis noſtri autoris eſt, ζητεῖν εἰς τὸ μπροσθεν προσλαβεῖν, eodem ſenſu: id eſt *quærere res meliores, ſuis rationibus conſultum velle.* Quare per μηδὲν τῶν προγεγενημένων ἀναλογιζόμενοι, ego interpretari non auſim: multo minus μηδὲν περιεργαίτερον ποιούμενοι. Recte Onophrius Bartholinus: *nullam ex eâ re utilitatem nobis comparantes.* *W.* Petrus Moſellanus, *nihil prius potiuſque exiſtimantes, quam ut delectu habito triremes,* &c.

νομίζετε

νομίζετε δημοτικωτέρας εἶναι τὰς μεθύουσας τῶν νηφόντων, καὶ τὰς νῦν ἔχουσας τῶν ἀφρονούντων, καὶ τὰς τὰ τῆς πόλεως διανεμομένας, τῶν ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ὑμῖν λειτουργούντων. Ὡς δ' ἄξιον θαυμάζειν, εἴ τις ἐλπίζει τιὼ πόλιν, πιθανοῖς συμβούλοις χρωμένην, ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδώσειν. Ἐγὼ δ' οἶδα μέν, ὅτι πρόσαντές ἐστιν ἐναντιοῦσθαι ταῖς ὑμετέραις διανοίαις· καὶ ὅτι, δημοκρατίας οὔσης, οὐκ ἔστι παρρησία, πλὴν ἐνθάδε μὲν τοῖς ἀφρονεστάτοις, καὶ μηδὲν ὑμῶν φροντίζουσιν· ἐν ᾧ τῷ θεάτρῳ τοῖς κωμῳδοδιδασκάλοις. Ὁ καὶ πάντων ἐστὶ δεινότατον, ὅτι τοῖς μὲν ἐκφέρουσιν εἰς τὰς ἄλλας Ἑλλάδας τὰ τῆς πόλεως ἁμαρτήματα τοσαύτην ἔχετε χάριν, ὅσην οὐδὲ τοῖς εὖ ποιοῦσι· πρὸς ᾧ τοὺς ἐπιπλήττοντας καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς ἅτω διατίθεσθε δυσκόλως, ὥσπερ τοὺς κακόν τι τὴν πόλιν ἐργαζομένους. Ὅμως ᾧ καὶ τούτων ὑπαρχόντων, οὐκ ἂν ἀπο-

suggestum conscendunt improbissimos laudatis; & putatis ebrios populariores esse quam sobrios, & mentis inopes quam sapientes, eosque qui res *seu pecuniam* urbis *huc illuc* distribuunt, quam qui e privatis opibus in ministeriis publicis vestri gratiâ obeundis *pecuniam* impendunt. Quare mirum est, quod speret aliquis urbem eam quæ talibus consultoribus utitur, in melius unquam provectam fore. Ego vero scio quod arduum sit vestris sententiis adversari; quodque licet sit popularis reipublicæ status, non tamen concedatur loquendi libertas nisi hîc quidem stolidissimis, iisque qui vosmet nequaquam curant; in theatro autem comœdiarum actoribus. Id autem omnium gravissimum est, quod iis qui ad alios Græcos urbis peccata foras efferunt tantam habetis gratiam, quantam ne benefactoribus quidem *habetis*: erga illos vero qui objurgant vosque admonent pariter infenso estis animo, ac in eos *esse*tis qui malum aliquod urbi inferunt. At

καίτοι

ςαίλω ὧν διενοήθλω. Παρελήλυθα γὰρ, ὐ χαριόμθρ ὑμῖν, ὐδὲ χειροτονίαν μνησόμθρ, ἀλλ' ἀποφανόμθρ ἃ τυγχάνω γιγνώσκων· πρῶτον μὲν περὶ ὧν * οἱ Πρυτάνεις προβιθέασιν· ἔπειτα καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν τῆ πόλεως πραγμάτων. Οὐδὲν γὰρ ὄφελθ. [1] ἔσται τῶν νῦν πεφὶ τῆ εἰρήνης γνωσθέντων, ἢν μὴ καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ὀρθῶς βυλόσώμεθα.

† Φημὶ δ' ἔν χρῆναι ποιεῖσθ τὴν εἰρήνην, μὴ μόνον πρὸς Χίυς, Ϲ Ροδίυς, καὶ Βυζαντίυς, [2] καὶ Κώυς, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἅπανλας ἀνθρώπυς· καὶ χρῆθ τοῖς συνθήκαις, μὴ ταύταις αἷς νυῦ τινες γεγράφασιν, ἀλλὰ τοῖς γνομέναις

tamen, etiamsi hæc ita sint, non ab iis recedam quæ dicere instituí. Prodii enim huc non vobis gratificaturus, nec suffragia vestra ambiturus, sed declaraturus quæ sentio; primum quidem de iis rebus quas Prytanes proposuerunt: deinde de aliis quoque reipublicæ negotiis. Nulla enim orietur utilitas ex iis quæ de pace nunc sunt decreta, nisi de reliquis etiam rebus recte consuluerimus.

Dico igitur pacem faciendam esse, non solum cum Chiis, & Rhodiis, & Byzantiis, & Cois, verum etiam cum omnibus hominibus: & pactionibus utendum, non iis quas nunc quidam scripserunt, sed quæ factæ sunt cum Rege

[1] ἔστι in aliis omnibus Cod. [2] In Cod. Col. N. & Ald. desunt καὶ Κώυς. E Dionysio addendum καὶ Κώυς. *W. in Cast.*

* οἱ Πρυτάνεις] Senatus Athenienſis fuit quingentorum virorum, qui in decem partes pro numero tribuum distributi, per vices remp. administrabant, certo dierum numero præfiniti. Nam quatuor primæ tribus tricenos senos, reliquæ sex tricenos quinos dies summæ rerum præerant. Qui igitur remp. administrabant quinquageni viri Πρυτάνεις appellabantur. *W.*

† Φημὶ δ' ἔν χρῆναι ποιεῖσθαι τὴν εἰρήνην] Observetur hic probari quod in Panegyricâ improbatum est, fœdus scilicet Persicum Antalcida Lacedæmonio interprete factum. *W.*

μὴν

μὴν * πρὸς Βασιλέα καὶ Λακεδαιμονίους, προστάττοντας τοὺς Ἕλληνας αὐτονόμους εἶναι, καὶ τὰς φρουρὰς ἐκ τῶν ἀλλοτρίων πόλεων ἐξιέναι, καὶ τὴν αὑτῶν ἔχειν ἑκάστους. Τούτων γὰρ ὅτε δικαιότερας ἀφήσομεν, ὅτε μᾶλλον τῇ πόλει συμφερούσας. Ἢν μὲν οὖν ἐνταῦθα καταλίπω τὸν λόγον, οἶδ' ὅτι δόξω τὴν πόλιν ἐλαττῶν· εἰ Θηβαῖοι μὲν ἕξουσι Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς, καὶ τὰς ἄλλας πόλεις, ἃς νῦν τοὺς ὅρκους καταιλήφασιν· ἡμεῖς δ' ἐξιμεν μηδὲ μιᾶς ἀνάγκης οὔσης, ἐξ ὧν τυγχάνομεν ἔχοντες. Ἢν δὲ τέλος ἀκούσητέ μου προσέχοντες τὸν νοῦν, οἶμαι πάντας ἂν ὑμᾶς καταγνώσεσθαι πολλὴν ἄνοιαν καὶ μανίαν τοῦ τὴν ἀδικίαν πλεονεξίαν εἶναι νομιζόντων, καὶ τοὺς τὰς ἀλλοτρίας πόλεις κατεχόντων βίᾳ, καὶ μὴ λογιζομένων τὰς συμφορὰς, τὰς ἐκ τοιούτων ἔργων γιγνομένας. Ταῦτα μὲν οὖν διὰ παντὸς τοῦ λόγου πειράσομαι διδάσκειν ὑμᾶς.

& Lacedæmoniis, quæ vero jubent *ſive conſtituunt* ut Græci ſint liberi, & ut præſidia ex urbibus alienis exeant, & ut ſuam ſinguli *urbem vel regionem* habeant. His enim nec æquiores inveniemus, nec urbi noſtræ utiliores. Quod ſi hîc ſermonis finem fecero, ſcio me viſum iri Remp. imminuere; ſi Thebani quidem Theſpias & Platæas tenuerint, cæteraſque urbes, quas contra juramenta ipſorum occupaverunt; nos autem ex iis quas poſſidemus exierimus, nullâ neceſſitate incumbente. Si vero me ad finem uſque attento animo audiveritis, omnes vos arbitror multæ amentiæ & inſaniæ illos condemnaturos, qui injuſtitiam lucrum eſſe putant, quique alienas urbes vi tenent, nec animadvertunt calamitates quæ ex ejuſmodi factis oriuntur. Hæc igitur per omnem orationem vobis oſtendere conabor.

* πρὸς Βασιλέα καὶ Λακ.] Poſt victoriam Cononis, ut opinor. *W.*

Περὶ μὲν τ εἰρήνης πρῶτον διαλεχθῶμεν, καὶ σκεψώμεθα, τί ἂν ἐν τῷ παρόντι γνόντες βελτίους ἡμῖν; Ἦν γὰρ καλῶς ταῦτα ὁρισώμεθα, [1] καὶ νουνεχόντως· πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ἀποβλέποντες, ἄμεινον βουλευσόμεθα καὶ περὶ τῶν ἄλλων. Ἆρ' ἂν οὖν ἐξαρκέσειεν ἡμῖν, εἰ τήν τε πόλιν ἀσφαλῶς οἰκοῖμεν, καὶ τὰ πρὸς τὸν βίον εὐπορώτεροι γιγνοίμεθα, καὶ τάτε πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ὁμονοοῖμεν, καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν εὐδοκιμοῖμεν; Ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι τούτων ὑπαρξάντων, τελέως τὴν πόλιν πάλιν εὐδαιμονήσειν. Ὁ μὲν τοίνυν πόλεμος ἀπάντων ἡμᾶς τῶν εἰρημένων ἀπεστέρηκε. Καὶ γάρ τοι πενεστέρους πεποίηκε, καὶ πολλοὺς κινδύνους ὑπομεῖναι ἠνάγκασε, καὶ πρὸς τοὺς Ἕλληνας διαβέβληκε, καὶ πάντα τρόπον τεταλαιπώρηκεν ἡμᾶς. Ἦν δὲ τὴν εἰρήνην ποιησώμεθα, καὶ τοιούτους ἡμᾶς αὐτοὺς παράσχωμεν, οἵους αἱ κοιναὶ σωθῆναι προ-

Primo autem de Pace diſputemus, & diſpiciamus, quidnam in præſenti rerum ſtatu nobiſmet accidere cuperemus? Si enim hæc recte conſtituerimus & prudenter; in hoc ſubjectum *tanquam in exemplar* intuentes, meliùs etiam de cæteris rebus conſultabimus. Annon vero nobis hoc ſufficeret, ſi & in urbe ſecure habitaremus, & iis rebus quæ ad vitam ſunt neceſſariæ eſſemus magis *quam nunc* inſtructi, & in iis quæ noſmet ſpectant unanimes eſſemus, & apud cæteros Græcos gloriâ floreremus? Ego enim arbitror quidem ſi hæc contigerint, urbem iterum prorſus felicem fore. At bellum prædictis omnibus *bonis* nos ſpoliavit. Nam & pauperiores nos reddidit, & pericula multa ſubire coegit, & apud Græcos in odium induxit, & omni modo nos afflixit. Si vero pacem fecerimus, & noſmet tales præſtiterimus, quales *ut ſimus* communia

[1] καὶ πρὸς ταύτην τὴν ὑπ. apud Ald.

σάτ[illegible]

ςάτ]ασι· μ]ὴ πολλῆς μ]ὲ ἀσφαλείας τ]ὴν πόλιν οἰκήσομ]ν, ἀπαλλαγ]ύτες πολέμων καὶ κινδυ]ύνων κ] ταραχῆς, εἰς ἣν νυ]ῦ πρὸς ἀλλήλ]ς [1] κατέσημ]ν· καθ' ἑκάς]ην δ] τὴν ἡμέραν εἰς ἀπορ]αν ἐπιδώσομ]ν, ἀναπεπαυμ]ύοι μ]ὲ τῶν εἰσφορῶν, κ] τῶν τ]ιηραρχι]ῶν, ς τῶν ἄλλων τῶν π]ὶ τὸν πόλεμον λει]ουργι]ῶν· ἀδεῶς δ] γεωργ]ῦ]ες, κ] τὴν θάλατ]αν πλέον]ες, κ] τ] ἄλλαις ἐργασίαις ἐπιχειρ]ῦ]ες, α]ὶ νυ]ῦ μ]ὰ τ] πόλεμον ἐκλελοίπασιν. Ὀψόμεθα δ] τὴν πόλιν διπλασίας μ]ὲ ἢ νῦν τὰς προσόδ]ς λαμβάν]σαν, [2] μεσὴν δ] γ]ομ]ύην ἐμπόρων κ] ξένων ς μ]οίκων, ὧν νῦν ἔρημ] καθέσ]ηκε. Τὸ δὲ μέγισον, ζυμμάχ]ς ἕξομ]ν ἅπαν]ας ἀνθρώπ]ς, ἀ βεβιασμ]ύς, ἀλλὰ π]επεισμ]ύς· ἀδ' ἐν μ]ὲ τ] ἀσφαλείαις μ]ὰ τ]ὴν δύναμιν ἡμᾶς ὑπ]οδεξομ]ύς, ἐν δ] τοῖς κινδυ]ύοις ἀπ]οσησομέν]ς· ἀλλ' ἅτ]α

fœdera præcipiunt; cum multâ quidem ſecuritate in urbe habitabimus, liberati a bellis & periculis, & tumultibus mutuis, quibus nunc ſumus impliciti: indies autem ad opum abundantiam erimus provecti, levati quidem a tributis & trierarchiis, & aliis belli muneribus: ſecure autem terram colentes, & per mare navigantes, aliiſque negotiis occupati, quæ jam propter bellum ſunt neglecta. Videbimus vero urbem duplo plures quam nunc reditus recipere, plenam vero fieri mercatoribus & hoſpitibus & inquilinis, quibus nunc deſerta facta eſt. Quod vero maximum eſt, ſocios habebimus omnes homines, non coactos, ſed perſuaſos; nec in incolumitate quidem, propter potentiam *noſtram*, noſmet qui colent, in periculis vero deſerent: ſed qui eo erunt erga nos animo,

[1] καθίσαμεν apud Ald. Lego aut καθεσήκαμεν aut κατέσημεν. Nam καθίσαμεν locum non habet, niſi deleto πρὸς legas εἰς ἣν νῦν ἀλλήλ]ς καθίσαμεν. *W. in Caſt.* [2] μεγίσην in Cod. Coll. N.

διακειμένους, ὥσπερ χρὴ τοὺς ἀληθῶς συμμάχους καὶ φίλους ὄντας. Πρὸς δὲ τούτοις, ἃ νῦν ἀπολαβεῖν ἀδυνάμεθα διὰ πολέμους καὶ πολλῆς δαπάνης, ταῦτα διὰ πρεσβείας ῥᾳδίως κομιούμεθα. * Μὴ γὰρ οἴεσθε, μήτε Κερσοβλέπτην ὑπὲρ Χερρονήσου, μήτε Φίλιππον ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως ἡμῖν πολεμήσειν, ὅταν ἴδωσιν ἡμᾶς μηδενὸς τῶν ἀλλοτρίων ἐφιεμένους. Νῦν μὲν γὰρ εἰκότως φοβοῦνται ποιήσασθαι τὴν πόλιν τῶν αὐτῶν δυναστείαις· ὁρῶσι γὰρ ἡμᾶς ἀστρατείας οἷς ἂν ἔχωμεν, ἀλλ' ἀεὶ τοῦ πλείονος ὀρεγομένους. Ἢν δὲ μεταβαλώμεθα τὸν τρόπον, καὶ δόξαν βελτίω λάβωμεν, ἀπόνους ἀποσήσονται τὰς ἡμετέρας, ἀλλὰ καὶ τῶν αὐτῶν προσδώσουσι. Λυσιτελήσει γὰρ αὐτοῖς ἐκ-

quo oportet esse eos qui vere socii & amici sunt. Adhæc, quæ jam non possumus recuperare per bellum & sumptus plurimos, ea per legationes facile reportabimus. Nec enim putetis, aut Cersobleptem propter Chersonesum, aut Philippum propter Amphipolim nobis bellum illaturos, quum viderint nos nullam e rebus alienis cupere. Nunc enim non injuriâ metuunt ne urbs *sive urbis potentia* vicina fiat ipsorum ditionibus; vident enim nos non iis contentos esse quæ possidemus, sed semper aliquid amplius appetere. Si vero mores mutemus, & famam *apud eos* meliorem adipiscamur, non solum a nostrâ *regione* abstinebunt, verum etiam partem aliquam de suâ ipsorum nobis insuper largientur. Utile enim illis erit ut, dum urbis poten-

[1] ἔχωμεν apud H. Steph. ἔχωμεν apud Ald. Cod. Coll. N. & H. Steph. [2] προσδώσουσι in προσόδους apud Ald.

* Μὴ γὰρ οἴεσθε μήτε K.] Cotys Thraciæ Rex a Pythone interfectus tres reliquit filios, Berisadem, Amadocum, & Cersobleptem, cujus & apud Demosthenem crebra fit mentio. Is Thraciam Chersonesum, quam tenebant Athenienses, sibi vendicavit. Alius antiquior fuit Cersobleptes, cujus meminit Xenophon in Anabasi. *W.*

ἐκπο-

ἐπιθύσι τῇ δυνάμει τῇ τ πόλεως, ἀσφαλῶς ἔχειν τὰς αὐτῶν βασιλείας. Καὶ μὴ δὴ καὶ τ Θρᾴκης ἡμῖν ἐξέσαι τοσαύτῃ [1] ἀποτεμέσθαι χώραν, ὥστε μὴ μόνον αὐτὸς ἄφθονον ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τοῖς δεομένοις τ Ἑλλήνων, καὶ δι' ἀπορίαν πλανωμένοις, ἱκανὸν δυνάσθαι βίον παρέχειν. * Οπου γὰρ Αθηνόδωρος καὶ Καλλίστρατος, ὁ μὲν ἰδιώτης ὢν, ὁ δὲ φυγὰς, οἰκίσαι πόλεις οἷοί τε γεγόνασιν· ἡμᾶς βουληθέντες ἡμεῖς, πολλοὺς ἂν τόπους τοιούτους δυνηθείημεν καταλαβεῖν. Χρὴ δὲ τοὺς πρωτεύειν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἀξιοῦντας, τοιούτων ἔργων ἡγεμόνας γίγνεσθαι πολὺ μᾶλλον, ἢ πολέμου καὶ στρατοπέδου ξενικοῦ, ὧν νῦν ἡμεῖς ἐπιθυμοῦντες τυγχάνομεν.

tiam colunt, ſuis ipſorum imperiis ſecure potiantur. Quinetiam Thraciæ tantam nobis licebit portionem abſcindere, ut non ſolum ipſi ſatis habeamus, verum etiam poſſimus victum ſufficientem iis Græcorum præſtare, qui indigent, & ob inopiam vagantur. Quum enim Athenodorus & Calliſtratus, cum alter privatus eſſet, alter exul, urbes fundare potuerint: certe nos, ſi velimus, multa talia loca occupare potuerimus. Oportet autem eos, qui ut Græcorum ipſi ſint principes poſtulant *vel æquum cenſent*, talibus operibus multo magis præeſſe, quam bello & exercitui mercenario, quæ nos jam cupimus.

[1] ἀποτέμνεσθαι apud H. Steph. & in aliis Edit.

* Οπου γὰρ Αθηνόδωρος καὶ Καλλίστρατος] Athenodorum στρατιώτην Αθηναῖον vocat Suidas. Beriſadis Thraciæ regis & affinis & dux fuit, ſicut Charidemus Cerſobleptis: de quorum utriſque prolixe agitur in oratione Demoſthenis contra Ariſtocratem. De Calliſtrato oratore Athenienſi vide Plutarchum in vitâ Demoſthenis, & ipſum Demoſthenem in oratione περὶ τῦ ἐπιτριηραρχήματος. W.

Περὶ μὲν ὧν * οἱ πρέσβεις ἐπαγγέλλονται, καὶ ταῦθ' ἱκανὰ, καὶ πολλὰ ἂν ἴσως τις προσθείη τούτοις. Ηγοῦμαι δεῖν [1] ἡμᾶς δ' μόνον ψηφισαμένους τὴν εἰρήνην, ἐκ τ' ἐκκλησίας ἀπελθεῖν· ἀλλὰ καὶ [2] βουλευσαμένους, ὅπως [3] ἄξομεν αὐτὴν, καὶ μὴ ποιήσομεν ὅπερ εἰώθαμεν, ὀλίγον χρόνον διαλιπόντες πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς [4] καταστησόμεθα ταραχὰς, μηδ' ἀναβολὴν ἀλλ' ἀπαλλαγὴν εὑρήσομέν τινα τ' κακῶν τ' παρόντων. Οὐδὲν δ' τούτων οἷόντ' ἐστι γενέσθαι † πρότερον, πρὶν ἂν πεισθῆτε, τὴν μὲν ἡσυχίαν ὠφελιμωτέραν καὶ κερδαλεωτέραν εἶναι τῆς πολυπραγμοσύνης, τὴν δὲ δικαιοσύνην τ δ' ἀδικίας, τὴν δὲ τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν τ δ' τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας· πρὶν ἂν

Ac de iis quidem quæ legati pollicentur, & hæc ſufficient, & multa fortaſſe aliquis his adjunxerit. Arbitror autem noſmet oportere non ſolum cum pacem decreverimus a concione abire: ſed cum præterea deliberaverimus, quo modo eam ſervemus, nec idem faciamus quod ſoliti ſumus, *ut ſcilicet* aliquantiſper liberati, in eoſdem rurſus redigamur tumultus, & *quomodo* non retardationem malorum præſentium, ſed *ab iis* liberationem aliquam inveniamus. Nihil autem horum fieri poterit, priuſquam perſuaſi eritis, tranquillitatem quidem utiliorem & magis quæſtuoſam eſſe rerum nimis multarum curatione, juſtitiam vero injuſtitiâ, privatarum *(ſeu propriarum)* autem rerum curam alienarum cupiditate: de quibus nemo Ora-

[1] ὑμᾶς in aliis pleriſque Cod. [2] βυλευσομένους apud Ald. & H. Steph. [3] ἄξομεν & poſtea ποιήσομεν in aliis pleriſque Cod. [4] καταστησόμιθα & poſtea εὑρήσομεν in aliis pleriſque Cod.

* οἱ πρέσβεις] Utrum ſociorum, an Philippi & Cerſobleptis, an ipſorum Athenienſium? *W.*

† πρότερον, πρὶν ἂν πεισθῆτε] τὸ πρότερον aut redundare videtur, aut eſt ἀπόλληλον. W.

ἄδεις

ἁδεὶς πώποτε τ῀ ῥητόρων εἰπεῖν ὑμῖν ἐτόλμησεν. Ἐγὼ δ᾽ περὶ αὐτῶν τούτων τὰς πλείστας τ῀ λόγων μέλλω ποιεῖσθαι πρὸς ὑμᾶς. Ὁρῶ γὰρ τινὰ εὐδαιμονίαν ἐν τούτοις ἐνοῦσαν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν οἷς * ἐτυγχάνομεν πράττοντες. [1] Ἀνάγκη δ᾽ † τὸν ἔξω τ῀ εἰθισμένων ἐπιχειροῦντα δημηγορεῖν, καὶ τὰς ὑμετέρας γνώμας μεταστῆσαι βουλόμενον, πολλῶν πραγμάτων ἅψασθαι, καὶ μετὰ μακροτέρων τοὺς λόγους ποιήσασθαι· καὶ τὰ μὲν ἀναμνῆσαι, τ῀ δ᾽ καθηγορῆσαι, τὰ δ᾽ ἐπαινέσαι, περὶ δ᾽ τ῀ συμβουλεῦσαι. Μόλις γὰρ ἄν τις ὑμᾶς ἐξ ἁπάντων τούτων ἐπὶ τὸ βέλτιον φρονῆσαι δυνηθείη προαγαγεῖν. Ἐχει γὰρ ὅτως. Ἐμοὶ δοκοῦσιν ἅπαντες μὲν ἐπιθυμεῖν τοῦ συμφέροντος, καὶ τοῦ πλέον ἔχειν τῶν ἄλλων· οὐκ εἰδέναι δ᾽ τὰς πράξεις τὰς ἐπὶ ταῦτα φερούσας,

torum unquam vobis fari auſus eſt. Ego vero de iis ipſis maximam orationis partem apud voſmet habiturus ſum. Video enim felicitatem his ineſſe, non in iis quæ jam agimus. Eſt autem neceſſe eum qui præter ſolita *quid* dicere conatur, vultque ſententias veſtras mutare, multas res attingere, & per longiora *argumenta* ſermones facere: & alia quidem in memoriam revocare, alia vero reprehendere, alia laudare, de aliis conſilium dare. Vix enim per hæc omnia poterit quis ad meliora vos adducere conſilia. Sic enim ſe res habet. Mihi quidem videntur omnes utilitatem expetere, & ut plus ipſi quam cæteri homines habeant; at neſcire eas actiones quæ ad hæc ducunt,

[1] Ἀνάγκη γὰρ in aliis pleriſque Cod.

* ἐτυγχάνομεν] Malim τυγχάνομεν legere. Nam adhuc in eo erant Athenienſes. *W.*

† τὸν ἔξω τῶν εἰθισμένων] Quæ fuerunt τὰ εἰθισμένα τῶν Ῥητόρων; χρὴ ποιεῖν τοῦτο· διότι συμφέρει, διότι ἐνδοξόν ἐστι. W.

ἀλλὰ τ δόξαις διαφέρειν ἀλλήλων. Οἱ μ γὰρ ἔχουσιν ἀπεικεῖς, κ σοχάζεσθ τὸ δέον τ δυναμένους· οἱ δ' ὡς οἷόν τε πλεῖστον τ ζυμφέρον τ ἁμαρτάνουσι· ὅπερ κ τῇ πόλ ζυμβέβηκεν. Ημεῖς γὰ οἰόμεθα μ, ἢν τλὺ θάλαττα πλέωμ πολλαῖς τριήρεσι, κ βιαζώμεθα τὰς πόλεις ζυτάξεις διδόναι, καὶ * ζυνέδρους ἐνθάδε πέμπειν, διαπράξασθαί τι τ δέον των· πλεῖστον ἢ διεψεύσμεθα τ ἀληθείας. Ων μ γὰ ἠλπίζομ ὐδὲν ἀποβέβηκεν· ἔχθραι δ' ἡμῖν ἐξ αὐτῶν κὴ πόλεμοι C δαπάναι πολλαὶ γεγόνασιν. Εἰκότως· † κ γὰ τὸ πρότερον ὐκ μ τ τοιαύτης πολυπραγμοσύνης εἰς τὰς ἐσχάτας κινδύνους κατέσημ· ὐκ ἢ τ δικαίαν τλὺ πόλιν παρέχειν, καὶ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις, κ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν,

sed ſententiis inter ſe differre. Alii enim rectas habent, & quæ poſſint ad id quod utile eſt collimare: alii vero eas quæ quam maxime ab utili aberrant *vel remotæ ſunt:* id quod etiam civitati noſtræ accidit. Nos enim arbitrabamur quidem, ſi per mare triremibus multis navigaremus, & cogeremus urbes tributa pendere, & aſſeſſores huc mittere, aliquid eorum quæ conveniunt feciſſe: longe autem a veritate aberravimus. Eorum enim quæ ſperavimus nihil evenit: inimicitiæ vero ex iis & bella & ſumptus multi ſunt orti. Idque merito: nam & antea ex hujuſmodi quidem negotiorum nimis multorum curatione, in extrema pericula redacti ſumus: quia vero urbem juſtam præſtitimus, & oppreſſis ſubvenimus, & res

* συνέδρους ἐνθάδε πέμπ.] *Aſſeſſores illuc mittere*, quod ſignum dominationis eſt: obſerva ἐνθάδε hîc poni pro δεῦρο. *W.*

† κ γὰρ τὸ πρότερον &c.] Videntur hæc intelligenda de claſſe miſsâ ab ſubigendam Siciliam & Samum expugnandam, quamvis ipſi Athenienſes eo tempore a Lacedæmoniis obſiderentur. Etſi nihil vetat totum illud tempus intelligi, quo, adempto Lacedæmoniis imperio, Græciæ præſuerunt. *W.*

παρ'

παρ' ἐκόντων τ̃ Ελλήνων τὴν ἡγεμονίαν ἐλάβομεν· ὧν νῦν ἀλογίστως καὶ λίαν εἰκῇ πολὺν ἤδη χρόνον καταφρονοῦμεν. Εἰς τοῦτο γάρ τινες ἀνοίας ἐληλύθασιν, ὥστ' ὀνειδήφατι τὴν μὴ ἀδικίαν ἐπονείδιστον μὴ εἶναι, κερδαλέαν δὲ, καὶ πρὸς τ̃ βίον τ̃ καθ' ἡμέραν ζυμφέρουσαν· τὴν δὲ δικαιοσύνην ἀδόκιμον μὲν, ἀλυσιτελῆ δὲ, καὶ μᾶλλον δυναμένην τὰς ἄλλας ὠφελεῖν, ἢ τὰς ἔχουσας αὐτήν· κακῶς εἰδότες, ὡς ὅτε πρὸς χρημαλισμὸν, [1] ὅτε πρὸς δόξαν, ὅτε πρὸς ἃ δεῖ πράττειν, ὅθ' ὅλως πρὸς εὐδαιμονίαν ἐδὲν ἂν συμβάλοιτο [2] τηλικαύτην δύναμιν, ὅσην περ ἀρετὴ, καὶ τὰ μέρη ταύτης. Τοῖς γὰρ ἀγαθοῖς οἷς ἔχομεν ἐν τῇ ψυχῇ, τούτοις κτώμεθα καὶ τὰς ὠφελείας, ὧν δεόμενοι τυγχάνομεν. Ωστ' οἱ τ̃ ἑαυτῶν διανοίας ὀλιγωρῦντες, λελήθασι σφᾶς αὐτοὺς ἅμα τοῦ τε φρονεῖν ἄμεινον, καὶ τ̃ βέλτιον τ̃ ἄλλων πράττειν ὀλιγωροῦντες. Θαυμάζω δ' εἴ τις οἴεται τοὺς τὴν

alienas non cupivimus, a volentibus Græcis imperium accepimus: quos nunc ſine ratione & nimis temere longo jam tempore contemnimus. Eo enim amentiæ quidam venerunt, ut exiſtiment injuſtitiam probroſam quidem eſſe, ſed quæſtuoſam, & in vitâ quotidianâ utilem: juſtitiam vero laudabilem quidem, at inutilem eſſe, aliiſque magis poſſe prodeſſe quam iis qui ipsâ ſunt præditi: parum ſcientes, quod nec ad opes parandas, nec ad gloriam, nec ad ea quæ agere expedit, nec omnino ad felicitatem tantas vires quid contulerit, quantas virtus & ejus partes. Quæ enim bona in animo habemus, eorum ope etiam commoda paramus, quibus indigemus. Quare qui ſuam mentem contemnunt, non animadvertunt ſe ſimul contemnere *quomodo* melius ſentiant, & felicius quam alii vitam agant. Miror vero aliquem exiſtimare eos

[1] In Cod. Coll. N. & apud Ald. deſunt ὅτε πρὸς δόξαν. [2] τηλικαύτη δύναμις ὅσον περ ἀρετὴ, apud Ald. & in Cod. Coll. N.

Ὡσέ-

εὐσέβειαν καὶ τοῦ δικαιοσύνου ἀσκοῦντας, καὶ καρτερεῖν καὶ μένειν ἐπὶ τούτοις ἐθέλοντας, ἔλαττον ἔχειν τῶν πονηρῶν· ἀλλ' οὐκ ἠγημένους καὶ παρὰ θεοῖς, καὶ παρὰ ἀνθρώποις πλέον οἴσεσθαι τῶν ἄλλων. Ἐγὼ μὲν γὰρ πέπεισμαι τούτους μόνους ὧν δεῖ πλεονεκτεῖν, τοὺς δ' ἄλλους ὧν ἐ βέλτιόν ἐστιν. Ὁρῶ μὲν γὰρ τοὺς μὲν τὴν ἀδικίαν προλιμωῦντας, καὶ τὸ λαβεῖν τι τῶν ἀλλοτρίων μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι νομίζοντας, ὅμοια πάσχοντας τοῖς δελεαζομένοις τῶν ζώων, καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀπολαύοντας ὧν ἂν λάβωσιν, ὀλίγῳ δ' ὕστερον ἐν τοῖς μεγίστοις κακοῖς ὄντας. Τοὺς δὲ μετ' εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης ζῶντας, ἔνιοι τοῖς πᾶσι χρόνοις ἀσφαλῶς διάγοντας, καὶ πρὸς τοῦ σύμπαντος αἰῶνος ἡδίους τὰς ἐλπίδας ἔχοντας. Καὶ ταῦτ' εἰ μὴ πᾶσιν οὕτως ἔθισται συμβαίνειν, ἀλλὰ τό γε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῦτον γίνεται τὸν τρόπον. Χρὴ δὲ τοὺς εὖ φρονοῦντας, ἐπειδὴ τὸ μέλλον ἀεὶ

qui pietatem & juſtitiam exercent, quique volunt perſtare & in iis *exercendis* manere, minus boni potituros quam *potiuntur* improbi: nec eos ſentire, *qui hoc animo ſunt*, quod *ejuſmodi homines* & apud Deos & apud homines plus quam alii ſint reportaturi. Ego certe perſuaſum habeo hos ſolos iis rebus quibus opus eſt abundare, alios vero iis rebus quibus non *abundare* melius eſſet. Video enim eos qui injuſtitiam quidem pluris faciunt, cenſentque de rebus alienis quid abripere maximum eſſe bonum, eadem pati quæ feræ ineſcatæ, & in principio quidem iis frui quæ ceperint, paulo autem poſtea in maximis eſſe poſitos malis. Eos vero qui cum pietate & juſtitiâ vivunt, omni tempore ſecure degere, & de ævo ſempiterno ſpes habere jucundiores. Et hæc ſi non in omnibus ita ſoleant evenire, at plerumque hoc modo fiunt. Oportet vero recte ſentientes, quoniam quid ſemper pro-

ζωοίσειν ἃ καθορῶμεν, τὸ πολλάκις ὠφελεῖν, τοῦτο φαίνεσθαι προαιρεμένους. Πάντων δ' ἀλογώτατον πεπόνθασιν, ὅσοι κάλλιον μὲν ἐπιτήδευμα νομίζουσιν εἶναι, καὶ θεοφιλέστερον τὴν δικαιοσύνην τῆς ἀδικίας· χεῖρον δ' οἶον βιώσεσθαι τοὺς ταύτῃ χρωμένους, τῶν τὴν πονηρίαν προαιρεμένων. Ηβουλόμην δ' ἂν ὥσπερ πρόχειρόν ἐστιν ἐπαινέσαι τὴν ἀρετήν, οὕτω καὶ ῥᾴδιον εἶναι πεῖσαι τοὺς ἀκούοντας ἀσκεῖν αὐτήν.

Νῦν δ' δέδοικα μὴ μάτην τὰ τοιαῦτα λέγω. Διεφθάρμεθα γὰρ πολὺν ἤδη χρόνον ὑπ' ἀνθρώπων, οὐδὲν ἄλλ' ἢ φενακίζειν δυναμένων· οἳ τοσοῦτον ἐπὶ πλῆθος καταπεφρονήκασιν, ὥστ', ὅταν βουληθῶσι πόλεμον πρός τινας ἐξενεγκεῖν, αὐτοὶ χρήματα λαμβάνοντες, λέγειν τολμῶσιν ὡς χρὴ τοὺς προγόνους μιμεῖσθαι, καὶ μὴ θεωρᾶν ἡμᾶς αὐτοὺς καταγελωμένους, μηδὲ τὴν θάλατταν πλέοντας τοὺς μὴ τὰς ζωτάξεις ἐθέλοντας ἡμῖν ὑποτελεῖν. Ηδέως

futurum ſit non videmus, id quod frequentius prodeſt palam amplecti. Omnium vero abſurdiſſima committunt, quicunque juſtitiam pulchrius quidem eſſe *vitæ* ſtudium cenſent, & Diis acceptius injuſtitiâ; arbitrantur tamen eos infelicius vitam acturos qui illâ utuntur, quam qui improbitatem amplectuntur. Utinam vero, ſicut facile *ſive ad manum cuique* eſt virtutem laudare, ita facile eſſet auditoribus perſuadere ut ipſam exercerent *vel colerent*.

Nunc vero metuo ne fruſtra hæc dicam. Corrupti enim ſumus jam longo tempore ab hominibus, qui nihil aliud poſſunt quam decipere: qui uſque adeo populum contempſerunt, ut quando velint bellum aliquibus inferre, ipſi cum largitiones acceperint, audeant dicere quod oporteat majores imitari, nec pati ut nos ipſi *exteris gentibus* ludibrio ſimus, nec ut ii per mare navigent qui nolunt nobis tributa ſolvere. Libenter igitur ab iis audi-

ἂν

ἂν ὧν αὐτῶν πυθοίμεθα, τίσιν ἡμᾶς τῶν προγεγενημένων ὁμοίους κελεύσει γενέσθαι; Πότερον τοῖς περὶ τὰ Περσικὰ γενομένοις, ἢ τοῖς πρὸ τοῦ πολέμου τοῦ Δεκελεικοῦ τὴν πόλιν διοικήσασιν; Εἰ μὲν γὰρ τούτοις, οὐδὲν ἄλλ' ἢ ξυμβουλεύσουσιν ἡμῖν πάλιν περὶ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύειν. Εἰ δὲ τοῖς ἐν Μαραθῶνι νικήσασι, καὶ τοῖς πρὸ αὐτῶν γενομένοις· πῶς οὐκ ἀπάντων ἀναισχυντότατοι τυγχάνουσιν ὄντες, εἰ τοὺς τότε πεπολιτευμένους ἐπαινοῦντες, ταναντία πράττειν ἐκείνοις πείθουσιν ἡμᾶς· καὶ τοιαῦτ' ἐξαμαρτάνειν, περὶ ὧν καὶ διπορῶ τί ποιήσω· πότερα χρήσωμαι τῇ ἀληθείαις, ὥσπερ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ἢ καταισιωπήσω, δείσας τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀπέχθειαν; Δοκεῖ μοὶ γάρ μοι βέλτιον εἶναι διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν· ὁρῶ δ' ὑμᾶς χαλεπώτερον διακειμένους πρὸς [1] τοὺς ἐπιτιμῶντας, ἢ πρὸς τοὺς αἰτίους τῶν κακῶν γεγενημένους. Οὐ μὴν ἀλλ' αἰσχυνθείην ἄν, εἰ φανείην μᾶλλον φροντίζων τῆς ἐμαυτοῦ δόξης, ἢ τῆς

rem, quibuſnam e majoribus nos ſimiles eſſe jubeant? Utrum iis qui circa bellum Perſicum fuerunt, an iis qui remp. geſſerunt ante bellum (*vel obſidionem*) Decelicum? Si enim hiſce *ſimiles ut ſimus velint*, nihil aliud nobis conſulunt, quam ut rurſus ſervitutis periculum ſubeamus. Si vero iis qui apud Marathonem vicerunt, iiſque qui ante eos fuerunt; quomodo non ſunt omnium impudentiſſimi, ſi, dum eos, qui tum remp. geſſerunt, laudant, iis contraria ut agamus noſmet hortentur; & ut ea committamus, de quibus etiam dubito quid faciam; utrum veritate utar, quemadmodum cæteris in rebus conſuevi, an taceam, veſtrum odium veritus? Mihi enim melius eſſe videtur ut de iis differam: ſed video vos magis iratos eſſe iis qui reprehendunt, quam iis qui malorum ſunt autores. Attamen me puderet, ſi viſus fuero meæ famæ potius

[1] Apud Ald. deeſt τὰς.

κοινῆς

κοινῆς ζωηρίας. Ἐμὸν δὲν ἔργον ἐστὶ, καὶ τῶν ἄλλων τῶν κηδομένων τῆς πόλεως, προαιρεῖσθαι τῶν λόγων μὴ τοὺς ἡδίστους, ἀλλὰ τοὺς ὠφελιμωτάτους· ὑμᾶς δὲ χρὴ πρῶτον μὲν τοῦτο γινώσκειν, ὅτι τῶν περὶ τὸ σῶμα νοσημάτων πολλαὶ θεραπεῖαι καὶ παντοδαπαὶ τοῖς ἰατροῖς εὕρηνται· τῶν δὲ ψυχαῖς τε νοσούσαις καὶ γεμούσαις πονηρῶν ἐπιθυμιῶν, οὐδὲν ἐστιν ἄλλο φάρμακον, πλὴν λόγου· ὁ τολμῶν τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιπλήττειν. Ἔπειθ' ὅτι καταγέλαστόν ἐστι, τὰς μὲν καύσεις καὶ τὰς τομὰς τῶν ἰατρῶν ὑπομένειν, ἵνα πλειόνων ἀλγηδόνων ἀπαλλαγῶμεν· τοὺς δὲ λόγους ἀποδοκιμάζειν, πρὶν εἰδέναι σαφῶς, εἰ τοιαύτην ἔχουσι τὴν δύναμιν, ὡς ὠφελῆσαι τοὺς ἀκούοντας.

Τούτου δ' ἕνεκα ταῦτα προεῖπον, ὅτι περὶ τῶν λοιπῶν οὐδὲν ὑποσειλάμενος, ἀλλὰ παντάπασιν ἀνειμένως μέλλω ποιεῖσθαι τοὺς λόγους πρὸς ὑμᾶς. Τίς γὰρ ἄλλοθεν ἐπελθὼν, καὶ μήπω ζωδιεφθαρμένος [1] ἡμῖν, ἀλλ' ἐξαίφνης

consulere quam saluti publicæ. Meum igitur munus est, aliorumque qui rempublicam curant, eligere ex orationibus non eas quæ sint jucundissimæ, sed quæ utilissimæ. Vos autem oportet hoc primum scire, quod morborum corporis multæ & variæ a medicis inventæ sint curationes: mentibus vero ægrotis & malarum libidinum plenis, nullum sit remedium aliud quam oratio quæ audeat delinquentes reprehendere. Deinde quod absurdum sit ustiones & incisiones quidem medicorum sustinere, ut pluribus liberemur a doloribus: sermones vero improbare, priusquam certo sciamus an eam vim habeant ut auditoribus prosint.

Ideo autem hæc præfatus sum, quia de reliquis nihil dissimulans, sed prorsus aperte verba apud vos facturus sum. Quis enim qui huc a regione peregrinâ advenerit, nec adhuc una nobiscum sit corruptus, sed

[1] ὑμῖν in plerisque aliis Cod.

ὅπως

ἅπισας τῖς γιγνομένοις, οὐκ ἂν μαίνεσθαι καὶ παραφρονεῖν ἡμᾶς νομίσειεν; Οἱ φιλοτιμούμεθα μὲν ἐπὶ τῖς τῶν προγόνων ἔργοις, καὶ τὴν πόλιν ἐκ τότε παραχθέντων * ἐγκωμιάζειν ἔχομεν· ἐδὲν δὲ τῶν αὐτῶν ἐκείνοις πράττομεν, ἀλλὰ πᾶν τἐναντίον. Οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων τῖς Βαρβάροις πολεμοῦντες διετέλεσαν· ἡμεῖς δὲ † τὸς ἐκ τῆς [1] Ἀσίας τὸν βίον πορίζομένους, ἐκεῖθεν ἀνασήσαντες, ἐπὶ τὸς Ἕλληνας ἠγάγομεν. Καὶ κεῖνοι μὲν ἐλευθεροῦντες τὰς πόλεις τὰς Ἑλληνίδας, καὶ βοηθοῦντες αὐταῖς, ‡ τῆς ἡγεμονίας ἠξιώθησαν· ἡμεῖς δὲ καταδουλούμενοι, καὶ τἐναντία τοῖς τότε πράττοντες, ἀγανακτοῦμεν εἰ μὴ τὴν αὐτὴν ἐκεί-

derepente his quæ jam aguntur inciderit, non arbitretur nos insanire & delirare? Qui gloriamur quidem ob majorum res gestas, & urbem propter ea quæ tunc facta sunt laudare possumus; nihil vero eorundem quæ illi facimus, sed omnia contraria? Illi enim contra Barbaros pro Græcis pugnare non destiterunt: nos vero eos, qui ex Asiâ victum quæritabant, inde reductos contra Græcos duximus. Et illi quidem, dum Græcas urbes liberabant, ipsisque opem ferebant, imperio digni habiti sunt: nos vero, qui *eas* servitute premimus, & iis qui tunc erant contraria agimus, indignamur si eundem quem illi honorem non erimus consequuti: qui tantopere & factis

[1] ὐσίας in Cod. Coll. N.

* ἐγκωμιάζειν ἔχομεν] Alibi legitur ἐγκωμιάζομεν. Quid si ἐγκωμιάζειν ἀξιοῦμεν? *W.*

† τὸς ἐκ τῆς Ασ.] Intelligantur Græci mercenarii milites, qui in Asiam militatum abierant, & Regi Persarum aut Satrapis illius navabant operam: nisi forte loquatur de collectitiâ manu, quæ prædas egerit ex Asiâ; aut etiam de exercitu Agesilai. *W.*

‡ τῆς ἡγεμονίας ἠξιώθησαν] Post Pausaniæ Lacedæmonii interitum, qui crudelitate & superbiâ Græcorum animos a Lacedæmoniis alienaverat. *W.*

νοις

νοις τιμὴν [1] ἔξομεν· οὐ τοσοῦτον ἀπολελείμμεθα καὶ τοῖς ἔργοις καὶ τῇ διανοίαις τῇ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γιγνομένων, ὅσον οἱ μὲν ὑπὲρ τῆς τῶν Ελλήνων σωτηρίας, τοῦ τε πατρίδα τοῦ αὐτῶν ἐκλιπεῖν ἐτόλμησαν, καὶ μαχόμενοι ἐν ναυμαχίαις [2] τοὺς Βαρβάρους ἐνίκησαν, ἡμεῖς δ' οὐδ' ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν πλεονεξίας κινδυνεύειν ἀξιοῦμεν· * ἀλλ' ἄρχειν μὲν ἁπάντων ζητοῦμεν, στρατεύεσθαι δ' οὐκ ἐθέλομεν· καὶ πόλεμον μὲν μικροῦ δεῖν πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ἀναιρούμεθα, πρὸς ἓν δὲ τοῦτον οὐχ ἡμᾶς αὐτοὺς ἀσκοῦμεν· † ἀλλὰ ἀνθρώπους τοὺς μὲν ἀπόλιδας, τοὺς δ' αὐτομόλους, τοὺς δ' ἐκ τῶν ἄλλων κακουργιῶν συνερρυηκότας, οἷς ὁπόταν τις πλείονα μισθὸν δίδῳ, μετ' ἐκείνου ἐφ' ἡμᾶς ἀκολουθήσουσιν·

& conſiliis ab iis ſuperati ſumus qui tunc temporis erant, ut illi quidem pro ſalute Græcorum & patriam ipſorum delinquere auſi ſint, & terrâ marique pugnando Barbaros vicerint, nos vero ne quidem pro noſtrâ avaritiâ dimicare velimus: ſed omnibus quidem imperare quæramus, militare vero nolimus: & bellum quidem fere contra omnes homines decernamus, ad id vero *gerendum* noſmet ipſos non exerceamus; ſed homines partim urbe carentes, partim tranſfugas, partim eos qui ob alia flagitia huc confluxerunt, qui, quando quis *iis* mercedem majorem dederit, cum illo in noſmet ſunt ituri; adeo tamen homines

[1] ἔχομεν apud H. Steph. [2] In Cod. Coll. N. deſunt τοὺς Βαρβ. ἐν.

* ἀλλ' ἄρχειν μὲν ἁπ.] De Athenienſium ignaviâ conſulatur argumentum Libanii in Olynthiacos, itemque Luciani ἐγκώμιον Demoſthenis. *W.*

† ἀλλὰ ἀνθρώπους] Videtur deeſſe verbum μισθούμεθα *conducimus*: aut certe ἀποσιώπησις eſt κατ' ἀναπόδοτον καὶ ὑπερβατόν. Sequitur enim non multo poſt, ἀλλ' ὅμως ὅτως αὐτοὺς ἀγαπῶμεν. W.——Poteſt ἀπὸ κοινοῦ ſubintelligi τὸ ἀσκοῦμεν ἀνθρώπους ἀπόλιδας &c. πρὸς τὸν πόλεμον. *Idem in Caſt.*

ἀλλ'

ἀλλ' ὅμως ἄτως αὐτὰς ἀγαπῶμεν, ὥσθ' ὑπὲρ μὲν τῶν παίδων τῶν ἡμετέρων, ἢν περί τινας ἐξαμάρτοιεν, οὐκ ἂν ἐβουλήσαιμεν δίκας ὑποσχεῖν· ὑπὲρ δὲ τῆς ἐκείνων ἁρπαγῆς καὶ βίας καὶ πλεονεξίας, * μελλόντων τῶν ἐγκλημάτων ἐφ' ἡμᾶς ἥξειν, οὐχ ὅπως ἀγανακτοῦμεν, ἀλλὰ καὶ χαίρομεν, ὅταν ἀκούσωμεν αὐτοὺς τοιοῦτό τι διαπεπραγμένους. Εἰς τοῦτο δὲ μωρίας ἐληλύθαμεν, ὡς αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς ἐσμὲν τῶν καθ' ἡμέραν, ξενολογεῖν δ' ἐπικεχειρήκαμεν· καὶ τοὺς συμμάχους τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν λυμαινόμεθα, καὶ δασμολογοῦμεν, ἵνα τοῖς ἁπάντων κοινοῖς ἐχθροῖς τὸν μισθὸν ἐκπορίζωμεν. Τοσούτῳ δὲ χείρους ἐσμὲν τῶν προγόνων, οὐ μόνον τῶν ἀδοκιμησάντων, ἀλλὰ καὶ τῶν μισηθέντων, ὅσον ἐκεῖνοι μὲν εἰ πολεμεῖν πρός τινας ψηφίσαιντο, μεστῆς ὄσης ἀργυρίου καὶ χρυσίου τῆς ἀκροπόλεως,

ejuſmodi amemus, ut pro liberis quidem noſtris, ſi eorum aliquos læſerint, nolimus ut pœnas ſubeant; ob ipſorum vero rapinas & vim, & avaritiam, licet crimina ad noſmet ſint ventura *ſive nobis ſint imputanda*, adeo non indignemur, ut etiam gaudeamus, quum audiverimus eos tale aliquid perpetrare. Eo autem ſtultitiæ pervenimus, ut nos quidem ipſi indigeamus iis rebus quæ ad victum quotidianum ſunt *neceſſariæ*, mercenarios autem alere conemur: & ſocios noſtros male mulctemus, & tributa ab iis exigamus, ut communibus omnium hoſtibus mercedem ſolvamus. Tanto autem majoribus deteriores ſumus, non ſolum laudatis illis, ſed etiam iis ipſis qui odio habiti ſunt, ut illi quidem, ſi bellum contra aliquos gerere decreviſſent, licet arx *(vel ærarium)* argento & auro eſſet

* μελλόντων τῶν ἐγκλημάτων] Quidam perperam interpretantur, *cum crimina ſeu querelæ de illorum rapinis*, &c. *ad nos deferenda ſint.* Sed ſententia eſt, *Quicquid peccaverint milites, id imputari Athenienſibus, qui Græcorum odia propter illos ſuſcipiunt.* W.

ὅμως ὑπὲρ τ δοξάντων τοῖς αὐτῶν σώμασιν ᾠοντο δεῖν κινδυνεύειν· ἡμεῖς δ' εἰς τοσαύτην ἀπορίαν ἐληλυθότες, καὶ ποῦτοι τὸ πλῆθος ὄντες, ὥσπερ Βασιλεὺς ὁ μέγας, μισθωτοῖς χρώμεθα τοῖς σφετέροις. Καὶ τότε μὲ εἰ τριήρεις πληροῖεν, τοὺς μὲ ξένους καὶ τοὺς δούλους ναύτας εἰσεβίβαζον, τοὺς δὲ πολίτας μετ' ὅπλων ἐξέπεμπον· νυνὶ δὲ τοῖς μὲ ξένοις ὁπλίταις χρώμεθα, τοὺς δὲ πολίτας ἐλαύνειν ἀναγκάζομεν. Ὥσθ' ὁπόταν ἀποβαίνωσιν εἰς τὴν τ πολεμίων, οἱ μὲ ἄρχειν τ Ελλήνων ἀξιοῦντες, * ὑπηρέσιον ἔχοντες ἐκβαίνουσιν· οἱ δὲ πλεῖστοι τὰς φύσεις ὄντες, οἵους ὀλίγῳ πρότερον διῆλθον, μετ' ὅπλων κινδυνεύουσιν.

Αλλὰ γὰρ τὰ κατ' τὴν πόλιν ἄν τις ἰδὼν καλῶς διοικούμενα, καὶ περὶ τῶν ἄλλων θαῤῥήσειεν; Αλλ' οὐκ ἂν ἐπ'

